

4. Bibliographie der Schriften

D.MICHAELIS DE MOLINOS, SACERDOTIS, MANUDUCTIO SPIRITUALIS, Extricans animam, eamque perviam interiorem ad acquirendam contemplationis perfectionem, ...

Molinos, Miguel de

Leipzig, 1687

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

7
D. MICHAELIS DE MOLINOS,
SACERDOTIS,
MANUDUCTIO
SPIRITUALIS,

Extricans animam, eamque per viam
interiorem ad acquirendam contemplationis
perfectionem, ac divitem pacis inte-
rioris thesaurum dedu-

cons,
UNA CUM
TRACTATU EJUSDEM

De
QUOTIDIANA
COMMUNIONE,

Fideliter & stylo Mysticorum conformi-
ter in latinam linguam translata

^A
M. AUG. HERMANNO
FRANCKIO. *MSip 287*

Liber, in quo præcipua Eorum,
qui vulgo QUIETISTÆ vocantur,
DOGMATA declarantur. *Acta d. Lipf. 1687*
p. 500. A. 1680
pos

L I P S I Æ,

Sumpt. REINHARDI WECHTLER,
hactenus Arg. nunc Lipf. Bibliopol.

M DC LXXXVII.

D. MICHAELIS DE MOLLINO
SACERDOTIS
MANDUCATIO
SPIRITUALIS

Vd. T. n. 10 p. 58. n. 30 p. 110. ca. 1. b. n. 19 p. A (10) 12. 6. 2. p. 33. 7. 2
P. P. fides et ratio collata p. r. p. p. 13. Vitragea n. 8. T. 2. f. m. p. n. 507. b.
Breith. th. p. 135. p. n.
g. Ann. fifth. Buttrick p. 139. 2. 1. 4. p. Rect. orb. H. E. p. 731. P. 32
Ictus x. m. genui. f. o. c. a. g. u. g. e. n. (in h. d. y. u.)
n. 8. g. o. b. b. y. Placite Scepticis
Ictus p. r. a. g. i. t. o. n. s. (1719. p. 77. 63. 65. 87. p. n. G. o. b. b. y. K. e. i. n. e. c. n. n. a. u. m.
1719. 2. 8. 1. 5)

M. AUG. HERMANNUS
FRANCKIO

LIBRARIUS
REINHARDI WEGHLE
M. DE LEXAR





V I R O

CONSULTISSIMO, AMPLISSIMO

atque EXCELLENTIS-

SIMO

DOMINO

ANT. HENRICO

GLOXINO,

Jur. utriusque DOCTORI,

SACR. CÆSAR. MAJESTATIS

CONSILIARIO GRAVISSIMO,

ET COMITI PALA-

TINO,


PATRONO MEO IN PARENTIS

VICEM COLENDO.



V I R
CONSULTISSIME, AMPLISSIME,
ATQUE EXCELLENTIS-
SIME,
AVUNCULE VENERANDE!

Cum, exantlata
hac mea in alie-
no fundo opera, nova
mihi de eligendo illi
Pa-



Patrono cura nascere-
tur, rem diligentissi-
me perpendendam,
facturus, diu animo
dubius hæsi, an tan-
tillo horarum succifi-
varum fructu gratam
meritorum Tuorum,
memoriam publice
testarer. Te enim
mihi DEUS, teneris
adhuc annis, Parente
orbato alterum quasi
digito commonstra-

) (3 vit



vit Parentem, ad
quem, tanquam ad
sacram tot aliorum
Clientum anchoram,
ipse quodam sangui-
nis privilegio primus
confugerem. Cum
enim reliquis Te Pa-
tronum dederit Tua,
quam Pietas, Sapien-
tia, & Eruditio ex-
quisita Tibi jampri-
dem conciliavit, au-
ctoritas, & qua bene-
ficia



ficia undequaque dif-
fundis, benignitas: a
me profecto major,
quam ab aliis utrius-
que habenda videtur
ratio, quod & aucto-
ritatis reverentia cum
annis creverit, & be-
nignitatis cum ube-
riores fructus, tum
suaviores sensus pro-
ximus sanguinis ne-
xus progignat. Sup-
pudet me igitur.

) (4 Tua

• •
Tua erga me merita,
majora esse, quam in
alios; mei vero gratis-
simi erga Te animi si-
gnificationem steri-
liorem aliorum mo-
numentis, quæ *Am-
plissimo Nomini Tuo*
hinc inde extruunt.
Nisi forte id mihi sola-
tio fuerit, quod novo
me beneficio beni-
gnissime afficere de-
creveris, quo adjutus
san-



sanctum studiorum
meorum scopum feli-
citer attingere, inde-
que Te ac Tuis meri-
tis digniora aliquan-
do consecrare Tibi
queam. Quam spem
uti animo nunc con-
cipio, ita re ipsa, si
usu venerit, compro-
bandoque testabor.
Vive interea *Mæce-
nas Magne!* quam
diutissime sospes atq;
(5 in-

◉ ◉
incolumis, Reipubli-
cæ literariæ, atque
Ecclesiæ invirtute,
DOMINI porro salu-
tariter provide, & fa-
vere perge

*TUI EXCELLENTISSIMI
NOMINIS*

Dab. Lipf. d. 16. Aug.
A. M. R. 1687.

*Observantissimo Clienti
& Nepoti*

M. AUG. HERMANNO FRANCKIO.



PRÆFATIO
INTERPRETIS
AD
BENEVOLUM
LECTOREM.

CUm nomen Quietista-
rum, & non ita multo
post ipsius, quem fama
ferebat, Auctoris D. Michaëlis
Molinofii nostris in oris primum
percrebuisse, ingens subito
omnes desiderium tenuit, quid
in recessu habeat novum, quod
prima fronte videbatur, homi-

X 6 num



num genus, ex ipso Auctoris
scripto intimius pernoscendi.
Proinde mirum videri potest,
isthanc Manuductionem spi-
ritualem, præcipua ejus dogma-
ta comprehendentem, jam inde
ab aliquot annis, nomine saltim,
etiam in vulgus notam, & to-
ties exoterico idiomate recusam,
bis in regionibus neminem adhuc
invenisse, a quo vel vernacula,
vel latina lingua donaretur.
Obstitit non immerito quidem
doctrina, cujus vereri potuit
ne suspensionem incurreret, quis-
quis foret interpret; obstitit
exemplarium, quæ Germania
vidit paucitas; obstitit, quod
præ-



precipuum esse videtur, orationis
filum, terminis mysticis &
scholasticis a communi loquen-
di consuetudine plane recedenti-
bus, adeo implicatum, ut, si
transfunderetur in linguam
Germanicam, ludibrio omnium,
si in latinam, fastidio plurimo-
rum, quod sibi quoque fatum
in Praefatione Auctor metuit,
exponendum videretur: Obst-
re denique potuerunt citata hinc
inde Auctorum Mysticorum ver-
ba, quae ex latinis magnam par-
tem depromta, nisi restitueren-
tur idiomati, e quo translata
ab Auctore fuerunt, interpre-
tis proditura erant vel oscitan-
tiam,

❁ • ❁

tiam, vel infidelitatem, vel apparatus necessarii penuriam. At enim, cum Viri Magni, quorum sub patrocinio studia mea acquiescunt, id mihi injungerent negotii, seu, quae Eorum est humanitas, suaderent potius, ut versionis alicujus aleam subirem, ea omnia, quae cum aliis, tum mihi etiam visa erant impeditissima, Illi prudentia consilioque suo facile discutiebant. Primo enim Eorum ab exquisita ratione profecta videbatur opinio, interpretem agere historicum, qui aliorum, nec dicta, nec facta prestare teneatur, neque ex iis infectionis suspicionem

nem



nem pertimescat: tum locum,
purioris, quæ inibi floreat, do-
ctrina vigorem, vel, quod mi-
nus est, famam nec perdere,
nec periculo exponere, etsi ver-
sio ibi suscipiatur talis libri, qui
nec Orthodoxorum nec Adver-
sariorum gustui ex asse satisfac-
ciat, quique mereatur examen
tot hominum Doctissimorum,
quos gravioris eruditionis cura
a comparanda sibi Lingua Ita-
lica, vel Hispanica (quam-
quam in his quoque exempla-
ria desideraturi fuissent) noti-
tia arcuisset. Exempla in ipso-
rum manibus bina erant, alte-
rum Romæ Anno 1681. alterum
Ve-



Venetis 1685. impressum, quae
benigne suppeditabant; Et ne
quid negotio recte consiciendo
deesset, celeberrimus Bibliotheca-
carius Bibliothecae Paulinae, FEL-
LERUS, Scriptores Mysticos
praecipuos communicabat, ut ab
Auctore meo citatos evolverem,
ipsa eorum verba in versione
mea referrem, Et me quoque
stylo, qui Mysticis singularis est,
profundius immergerem, ne
partum illegitimum, qui in iis
versati essent, vel ex affectata
verborum priorum para-
phrasi, vel ex orationis, si qua
a versione expectari ulla debet,
elegantia agnoscerent. In id
igi-



igitur operam dedi sedulo, ne
perderet Auctor meus acqui-
situm sine dubio multorum an-
norum laboribus Stylum Mysti-
cum, vocabula nonnulla inusi-
tata ipsi tanquam domestica re-
linquens, non tanquam aliena
obtrudens. Hinc nemo offendi
poterit vocibus illis a plana lo-
quendi ratione remotissimis, Re-
collectionis interioris, alie-
nationis, adhæſionis, resi-
gnationis, exspoliationis, de-
solationis, transformationis
cum DEO, ariditatis, exte-
rioritatis, denudationis, viæ
interioris, affectivæ unionis,
simplificationis, Et quæ sunt
alia



*alia ejusdem farina, quarum
intelligentiam Lector partim ex
ipsius Autoris lectione, partim
e Segnerii libro cui Titulus:
Concordia tra la Fatica
e la Quietè, b. e. Con-
cordia inter Laborem & Quie-
tem; ubi e principis mysticis
D. Molinosum impugnat, (ejus
enim versionem hæc propediem
adducet) partim e reliquis Scri-
ptoribus mysticis, Dionysio, Bo-
naventura, Thoma Aquinate,
Thoma a Kempis, Taulero, Su-
sone, Gersone aliisque, inprimis
autem e Sandei Theologia My-
stica polliceri sibi poterit. Id cer-
te*



te deprehendet, me non tantum
Auctoris menti, sed etiam stylo
Mysticorum conformiter ubique
locutum esse. De cetero si cum
exceptione versio mea laudetur,
id me parum habebit sollicitum,
cum non ignorem, nec aliam alius
libri extare, in qua ne mini-
mam quidem rem quisquam
possit ullam reprehendere; neq;
id laboris sustinuerim, ut mul-
tum laudis inde colligerem, sed
ut publico inservirem.

Adiectus est Tractatus D. Mo-
linosii de Quotidiana Com-
munionem, non quod argumen-
ti affinitate Manuductionem
Spiritualement attingeret, sed
quod



quod in editione Veneta jam accessisset, separatim etiam antea excusus anno 1682; quam editionem etiam cum illa contuli, & in omnibus sibi similes deprehendi. Auctorum verba, ut ibi quoque ex ipsis fontibus a me restituerentur, quæ nec ipse Auctor ubique expressit, neque operæ prætium fuit, nec nisi operosissimo labore fieri potuisset, cum integri libri sæpissime unius loci gratia excuti debuissent; Hisce utere, Benevole Lector! non abutere, & Vale in
DOMINO!

Qui



Qui primus in lucem edidit,
SINCERO LECTORI,
Pacem, quam inquietus
Mundus dare
non potest!

Hæc verba fidelissima sunt & vera,
Apocal. 22.

Fidelissima & vera sunt verba illa,
o sincere Lector, qua in parvum
hunc librum coniecit cor profun-
dum & plenum luce hominis boni af-
flatum & actum a Patre æternorum
splendorum. Verba (repeto) sunt fi-
delissima & vera: Verba vita & lu-
cis: si recta & tuto incedere cupias per
* viam

☉ ○ ☉

*viam abundantis justitiæ & æquitatis,
inextinguibilis fax erunt pedibus tuis,
& semper ardens lumen semitis tuis.*

*Non vana vanissima laudis huma-
ne ambitio, neque alia causa ulla hu-
mana, aut terrenus respectus, in
compositione hujus operis, vel in ejus
publicatione quicquam sibi vendica-
runt. Solummodo purum studium
augenda divine gloriæ, & verum ac
ardens desiderium, promovendi Chri-
stianam perfectionem, commoverunt
eum, qui scripsit has sublimes verita-
tes, ut scriberet eas, & permoverunt
Editorem, ut eas luci publicæ expo-
neret.*

*Quoniam ejus Auctor (qui con-
tinuo versatur in consolandis, regen-
disque animabus infinitis, quas DEUS
fidei ejus committit, ipso nullam qua-
rente, sed persistente in solitudine
sua, & in alienatione, ad quam præ-
cipue*



o



cipue aspirat) scripsit calamo velocis-
simo hunc tractatum, non alia imbu-
tus institutione, quam sancta oratio-
nis, non alia adjutus lectione & stu-
dio, quam interiori tormento, offi-
cina, in qua vera perficitur sapien-
tia; non alio usus artificio, quam in-
teriori impulsu; non alia intentione
ac desiderio, quam ut eterno benepla-
cito, & divine inspirationi, & (ve-
ritatem non offenderem, si dicerem),
violentie obtemperaret.

Cum itaque desiderarem, ut in
lucem publicam prodiret hic liber ad
communem utilitatem, & manu-
ductionem fortunatarum animarum,
qua recta semita abnegationis sui con-
tendunt ad felicissimas, & serenas
mystice perfectionis altitudines; Plus
simplici vice apud Auctorem feci peri-
culum eum extorquendi: verum cum
obtinere eum non possem, per spiri-

* 2

tua-



tualem ejus Directorem eum aggressus sum, qui illum ab eo postulavit, mihique tradidit a se ipso perlectum.

Tum imprimendum curavi & explanavi quasdam difficultates, quæ in ea occurrebant, ratus id acceptum fore magno illi Patrifamilias, qui non accendit ejusmodi faces, ut inutiliter abscondantur, sed ut ardeant in mystico candelabro; & optime gnarus, insignem inde utilitatem in veros spirituales, & pure mysticos redundaturam. Quandoquidem non sufficit Scribere de divina influentia, & de passiva, & interiori communicatione, uti multi eam rem altissimam digne tractarunt, nisi extricetur via, & detegantur difficultates, & contradictiones, quæ occurrunt in anima, & impediunt ascensionem ad sublimem hunc statum. Hic unicus fuit Auctoris finis, quem videtur perfecte

fecte



fecte obtinuisse, cum doctrina ejus sit practica, lux pura; stylus simplex quidem, sed sublimior, & intelligentia clara, quanquam profunda.

Legas itaque, o chare Lector, omni cum securitate, & sancto cum júbilo, sed simul sancta cum attentione, & consideratione devota, practicum hunc librum de vita interiori, in quo invenies absconditum Manna divinæ suavitatis & dulcedinis, & nomen pariter, & argumentum novum de pace interiori congrue, & alte explicatum. Hic invenies differentiam, qua inter meditationem & contemplationem, & inter acquisitam & infusam intercedit. Hic deteguntur miseriæ animæ; tentationes inimici, ejus astutia, laquei, & diabolice subtilitates. Hic denique docentur secreta semitæ ad acquirendas omnes virtutes, & ad conscendendum at-



tam contemplationis, annihilationis,
& pacis interioris montem.

Si candida ovis es, a divino Pa-
store non aberrans, & fideliter seque-
ris amabilem ejus vocem, hac spiri-
tualis manuductione deducta, intra-
bis suavissima pascua beate, tran-
quillissima, & amoenissima, suavita-
tis interioris, irrigata a crystallinis
torrentibus nunquam deficientis &
divinae lucis, qua in hunc librum trans-
funditur; Et non tantum illuminabit
intellectum tuum, sed inflammabit
praeterea voluntatem & anima tua
spirituali pinguedine cumulata, in-
fundet ardentissima desideria, ut re-
formetur, & conformis fiat resplen-
denti aeternae veritatis imagini. Quan-
doquidem hunc effectum ordinarie gi-
gnunt scripta hominum piorum &
purgatorum, qui non scribunt falla-
ci humana speculatione impulsus atque
com-

com-



commoti, sed ex abundantia cordis
purgati, & luce pleni. Hi enim,
cum interna suavitate instruunt, &
delectant, & dulcius etiam inflam-
mant, & vehementer inducunt ad
quarendam & complectendam veri-
tatem, quam persuadent. Si volu-
men consideres, mole parvum est,
magna autem & sublimia sunt, que
in eo declarantur, non in eorum gra-
tiam scripta, quorum via, dicente
regio Propheta, tenebrae sunt & ob-
scuritas; neque illis, qui incedunt
etiam passibus propria & naturalis
activitatis & sensibilitatis: sed tan-
tum animabus simplicibus, vocatis
a DOMINO vi quadam, suaviter &
amabiliter attrahente, ad interio-
rem, spirituales & veram viam.

Ingredere, ingredere tu, o ama-
tissime Lector! felicem hanc viam,
quam docet te fidelis haec, & suo col-

❁ ○ ❁

lustrata lumine manuductio. Hæc est
via benedictionis, sanctificationis &
veritatis, via aequitatis, iudicii, &
iustitiæ. Hæc est via sapientiæ, pa-
cis, & vigoris, angusta in ingressi-
bus, larga in medio, & in progressu
ac sine spatiosissima.

Hæc est via vera latitudinis cor-
dis, & realis libertatis filiorum DEI,
extra quam omnis amplitudo est an-
gusta: Omnis libertas servitus; labor
omnis, requies; Bellum, omnis pax;
omnis quies, inquietudo, falsa,
omnis lætitiæ; angustia, omnis feli-
citas; omnis magnitudo, vanitas, &
omne levamen, afflictio spiritus. Hæc
est sancta & immaculata via, que
tuto & directe fert ad æternam viam,
& que sine periculis, impedimentis,
aut offendiculis deducit ad altos &
serenos montis Christiana perfectionis
vertices. Mons hic est totus beatus,
&




*Et pacificus, totus tranquillus Et splen-
didus, quo non perveniunt nubes hu-
manarum cœcitarum Et appetituum;
neque inquietudines passionum terre-
narum; neque venti aut tempestates
mundanarum inconstantiarum, Et
vicissitudinum Et temporalium acci-
dentium Et casuum. Ad beatum hunc
terminum perferet te hac manu-
ditio spiritualis. Ecce, quot Et quan-
ta res hoc parvo libro contineantur.
Felicem te, o devote Lector, si non
tantum fueris Lector, sed etiam ope-
rator. Vale.*

Frater tuus & servus in Jesu
CHRISTO crucifixo

FRANCISCUS JOH. de S. MARIA.
Minister Provincialis.

* 5

JA-



J A C O B U S,
Indignissimus Archi-Episcopus
Palermitanus devotis
Religiosis, & aliis anima-
bus fidei suæ commissis,
quæ aspirant ad perfectio-
nem Christianam,

SALUTEM IN DOMINO!

Considerantibus nobis Pa-
storem animarum de bo-
no spiritali ovium suarum
solicitem, non tantum teneri
ratione muneris sui, ut quærat
perditas, curet infirmas, resti-
tuat debiles, defendat omnes so-
licite a lupis infernalibus, aver-
tat



tat eas a pascuis & rivulis noxiis
vitiis, & liberet eas a præci-
pitiis & pernicie errorum, sed
etiam singularem suscipere de-
bere curam, ut salubriora ipsis pa-
scua quærat, unde nutritæ crescât,
pinguescât & in læta & tranquilla
vivat pace, ut hac ratione suam
ipse promereat ac maturet incõ-
parabilem felicitatem, ac pro-
mereatur, ut aliquando in æter-
num dignus sit in mensa magni
& cœlestis Regis conviva; & co-
gnoscentibus nobis e continua,
cum animabus in loco Confessio-
nis conversatione & experientia,
quam dedit visitatio monasterio-
rum, virginum religiosarum,
nostræ jurisdictionis (quorum
ultra viginti sunt) infelicitatem
multarum animarum, quæ o-
stendunt serium perfectionis



christianæ desiderium , & quæ-
rentes eam via certiori , quam
est via sancta orationis , nihil-
ominus post multorum anno-
rum laborem (& sæpius vitæ sa-
tis longæ) inveniunt se non
tantum remotas a meta suorum
desideriorum : sed etiam ne ullo
quidem in fructu spirituali facto
passu ,volvuntur per continuos
exercitiorum suorum circulos,
violento semper usi meditandi
modo , cum DEUS interne eas
vocat ad sublimiorem gradum.
(qui extra hunc casum , in quo
Director iudex esse debet , lau-
dabilis est in plurimis , ingredi-
entibus viam meditationis or-
dinariam) unde tandem , seu
quod destituantur ducibus spiri-
tualibus , seu quod injuste inhæ-
reant orationis suæ materiali
suf



sufferunt certa ratione si non,
pœnam, quam Psalmista attri-
buit impiis (a) *in circuitu pii am-
bulant*; infelicitatem tamen er-
rantium filiorum Israelis, de
quibus dicit Spiritus S. per Josu-
am, quod per varios circuitus
in exilio morituri sint, nec ter-
ram promissionis, symbolum,
maximæ felicitatis, ingressuri.
(b) *Mortui sunt in deserto per lon-
gissimos via circuitus.* Et quod
pejus est, in fructu suo deti-
nentur eo ipso, quod in cœpro
tramite non progrediantur, jux-
ta notam sententiam dulcissimi
Patris S. Bernhardi, *in via vir-
tutis non progredi regredi est*;

Summo affectum fuit dolore
cor nostrū, quod videat innumera-

* 7 bi-

(a) *Psal. 11 v. 9.*

(b) *Job. 8. v. 4.*



biles animas, quæ magnam
vitæ partem perdunt vana solici-
tudine, ut acquirant vi propriæ
industriæ perfectionem; quam
consequi facilius possent, si tan-
tum Dei se permetterent ductui
qui eas vocat ad contemplatio-
nem, & ad vitam vere spiritua-
lem, internam & mysticam,
& videtur nobis, quod ipsis e-
veniat id, quod contingit illi,
qui medio in rapido & pleno
flumine nititur contra impetum
fluvii natando pertingere ad le-
ve aliquod bonum, quod in o-
rigine fontis seipso repræsentat,
multum temporis inutili labore
perdens, & ad intentum nihil
promotus, cum evidenti etiam
periculo, ne, violentia cursus
victus, mediis in gurgitibus
submergatur (cum nullo nego-
tio,



tio, & suavitate incomparabili-
ter majori placide perferri posset
a CrySTALLINIS ejus rivulis abs-
que ullo labore ad immensum
felicitationis Oceanum. Quandoqui-
dem multi sunt, qui, quod promo-
veri velint in spiritu vi reflexionũ
affectatarum, violentarum con-
siderationum, & expressorum
affectuum, natant parvo vel nul-
lo cum profectu contra torren-
tem, & magno cum labore (ni-
si difficultati victas tradunt ma-
nus relinquentes orationem, &
submergentes se infeliciter in
abyssum detestabilium vitiorum,
uti sæpius multis evenit cum
solicite ambulant, quærentes de-
votionem sensibilem, in qua
credunt se inventuros DEUM,
tunc quando divina ejus miseri-
cordia ad feliciorum eos pertra-
here



here vult statum , resistunt suavis
vibus divini spiritus torrentibus
qui si ipsius tantum sequerentur
impulsus, introduceret eos, in
immensum S. hujus Boni Oceani,
quo simplici & obscura intuitione
puræ fidei fruuntur, etiam in hac
vita Contemplativi.

Navigant per mare inconstantis
hujus seculi, illi, qui semper in-
hærentes discursui (quando eum
DEUS ipsis alium ob causam sub-
trahit,) & in tota vita quasi ad Re-
mum Galeræ imaginationis suæ
condemnati, fatigantur, inutili
fiducia in mari tempestuoso va-
gantes, ac vicini semper terræ in
littore Sensibilis, moventes sem-
per, nil promoventes, quod ve-
reantur, qui eorum error est,
in profundum se immittere; in
eo non absimiles discipulis, de
quibus dicit Evangelista S. Mar-
cus.



cus. (a) *Laborantes in remigando,*
erat enim contrarius ventus: &
paulo post (b) putaverunt phan-
tasma esse. Illi tamen qui se sub-
trahunt sensui & sequuntur in-
ternam vocationem, habent se,
ut illi qui in puppi bene instru-
cti navigii collocati, prospero
gratiæ vento se permittunt, vela
fidei propria dispositione expan-
dentes, DEOQUE Pilota utentes,
qui eos ducat ad portum bonæ
spei consequendi sui amoris æ-
terni præmii, obtinentes, per
assistentiam DOMINI, in obscu-
ritate fidei, securitatem tantam,
quantam ipsi habuerunt Aposto-
li, tunc, quando eos timore,
liberavit: (c) Confidite, ego sum,
noli-

(a) *Marc. 6. 48.*

(b) *vers. 49.*

(c) *vers. 50.*



*nolite timere, & consolans eos sua
 divina præsentia in eadem navi
 eos reduxit in tranquillam feli-
 citatem, tempestatem avertendo,
 cum admiratione eorum, qui
 diffiderant, & timuerant pericu-
 lum & errorem (a) *Ascendit ad
 illos in navim, & cessavit ventus,
 & plus magis intra se stupebant.**

Hæ considerationes, & rerum
 commiseratione dignarum ex-
 perientia, stimulum addiderunt
 nostro pastorali muneri ut cu-
 ram susciperemus adhibendi ef-
 ficax aliquod tam gravi malo
 remedium, sperantes hanc no-
 stram sollicitudinem DEO fore,
 singulariter gratam, juxta senten-
 tiam Angelici Doctoris S. Tho-
 mæ, qui docet rem majoris me-
 riti esse animam in exercitio vir-
 tutis

(a) *v. r. f. 51.*



tutis ad perfectionem deducere, quam liberare multas alias ab infelici peccati servitute, ut fuse videri potest cap. 14. opusculi, quod inscribit: *De perfectione vite spiritualis*, qui est decimus octavus; Et adjungit sub fine rationem, *quia per hac bona, homo ultimo fini conjungitur, in quo summa hominis perfectio consistit.* Judicavimus non posse efficacius id obtineri quam publicato libro, quem saepe numero nostrae instructionis gratia legimus, quemque ingenue fatemur, multum dedisse luminis tenebris nostrae ignorantiae, & non minorem calorem nostro tepori. Hæc est Manuductio Spiritualis, quam offerimus vestrae considerationi, o animæ devotæ, qualem eam composuit, divina

vina



vina assistente gratia, Dominus
D. Michael Molinosius de cujus
admirabilibus donis quid sen-
tiam, explicare omitto, ipsius
modestiam reveritus, & relin-
quens eum in exoptato secessu
sui nihili, ubi omnia inveniet,
& unde in innumerabiles animas
a DOMINO ipsi missas, non a se
quæsitas, beneficia sua confert;
Tantummodo dicam multum
esse, quod ille debet misericor-
diæ Altissimi, nec parum hoc,
quod ego debeo ipsius divinæ
pietati, quod hujus libri copiam
mihi fecerit ut eum inspicerem,
& tractarem.

Doctrina inæstimabilis hujus
quanquam brevis, opusculi,
adeo approbata est a Magistris
Spiritus majoris partis Europæ,
ubi cum miris Encomiis divul-
gata



gata est, & tanto in honore ha-
bita a personis, quæ aspirant,
ad perfectionem, ut minori
quam sex annorum spatio plus
viginti vicibus diversis linguis
id impressum esse existimem;
Et cum non haberemus facile,
ad manus Tomos, quos in ani-
mo erat, communicare vestræ
devotioni nobis propositum fu-
it, denuo hoc opus edere, judi-
cantes ægre inventum iri aliud
quod magis ipso actu satisfaciat
nostro desiderio vestri spiritualis
profectus, quo hac in parte fla-
gramus, quia sunt multi rari
Auctores, qui dilucidare & ex-
planare tam feliciter voluerunt
hanc viam, quanquam integra
sint volumina, quæ probant,
prolixè & doctè securitatem, fa-
cilitatem, necessitatem & excel-
len-

len-



lentionem contemplationis ; Quorum rerum tractationem ultro quidem silentio nunc præterimus , imprimis cum peti possit ex Epilogo satis eleganti, quamquam brevissimo, quem de hac materia composuit Magnus Magister Seraphicæ matris S. Terefiæ , mysticæ Doctorissæ , ornamentî Hispaniæ nostræ , Venerabilis Pater Balthasar ab Alvarez, S. J. reddens rationem suis superioribus de modo orationis quo utebatur ; Ubi locis Scripturæ sacre, testimoniis S. Patrum , & evidentibus & efficacissimis rationibus manifestavit rationem sequendi hanc viam , quam ante ipsum mensuraverat gloriosus Patriarcha S. Menazius & non absque speciali providentia Altissimi vidit
-191
pu-



publicam lucem Cap. 13. vitæ
Patris Balthasaris, quam publi-
cavit Pater Ludovicus de la Pu-
ente, discipulus ejus optimi
exempli, & insignis Magister per-
fectionis Christianæ.

Sed cum nobis non sit pro-
positum differere de hoc pun-
cto, idque ponderare tan-
tum exhortamur in DOMINO
amore Paterno tam vos Rr.
Confessores Ordinarios & Extra-
ordinarios Monasteriorum &
alios PP. spirituales & Duces
animarum, quæ aspirant ad
perfectionem, ut & vos devo-
tas religiosas, venerabiles spon-
sas JESU CHRISTI, nostri
Summi boni, ut sitis portio fe-
licissima Reipubl. Christianæ ad
quam præcipue spectant nostra
monita, quoniam tanto cum
desi-



desiderio (in quantum nobis
constat) aspiratis magno nume-
ro eo, ut placeatis amato spon-
so vestro, ut utamini ad id obti-
nendum medio proportionato,
quod paternus noster zelus vo-
bis subministrat in frequenti le-
ctione & exacta obedientia pre-
tiosi hujus libri, & eorum quæ
in eo traduntur, ad exiccandas
hac vestra tam fervida frequen-
tia lacrymas affectuosas harum
tutarum semitarum mysticæ Sio-
nis, de quibus, cum tam pa-
rum tritas eas videamus, dice-
re possumus cum Jeremia. *Via
Sior lugent eo, quod non sunt, qui
veniunt ad solennitatem.* Sequimi-
ni igitur hoc tramite absque ces-
satione, ut virgines prudentes
& fideles sponsæ agnum imma-
culatum, incipientes in hac vi-

lib

ta



ta per hanc regionem pacis internæ frui præludiis æternæ visionis; Ubi vidit dilectissimus Discipulus eas, quæ illum sequebantur (a) *Virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunque ierit.* Cum angat se noster amor, quod non omnes sint quibus nostris locum relinquunt precibus, ut quærant per tam securum medium pacem internam, unde maxime felicitatem suam in securo possiderent, dicentes unicuique animæ tanquam mysticæ Hierosolymæ id, quod dixit Redemptor vitæ materialiter terrenæ non sine teneris commiserationis lachrymis (b) *si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi sunt, accere*

**

(a) *Apoc. 14. 4.*

(b) *Luc. 19. 4.*



tem abscondita sunt ab oculis tuis,
precamur omnes magnum il-
lum patrum luminum ut singu-
lis concedat hanc cognitionem
eo gradu quo opus habemur.
Interea in divino ipsius no-
mine corde vobis benedici-
mus. Palermi 7. Martij.

Anno 1681.





Approbatio Illustrissimi & Reveren-
disimi Domini Patris Francisci
Martini Ybanez de Villa nova,
Sacri Ordinis Trinitariorum
Excalceatorum, Qualificator
S. Inquisitionis Hispanica, Exa-
minator Synodalis Dioceseos,
Toletanae, D. Laureatus in Aca-
demia Alcalensi, ibidemque
Professor Primarius Scoti, olim
Episcopus Gaetanus, nunc di-
gnissimus Archi-Episcopus Rbe-
gensis.

Vidi & legi, adhibita omni men-
tium applicatione, librum a D. Mi-
chaele Molinosio Sacerdote composi-
tum & inscriptum, *manductio spiritua-*
lis animae extricata ad consequendam per-
fectam contemplationem &c. de quo sine
ductu interioris experientiae, difficil-
limum est ferre iudicium. Agit de
occultis mysteriis contemplationis al-
tissimae, quae excedit terminos scien-
tifi-



tificæ & scholasticæ Speculationis. Differit de arcanis Theologiæ Mysticæ, quæ ab oculis communium scientiarum sunt remotissima, verum, etsi summa hæc arcana omnem humanum discursum multum transcendant, nihilominus non solum non sunt aliena a recto dictamine rationis, sed totaliter ipsi sunt conformia.

Amplectitur doctrinam, secundum sententiam Sanctorum PP. & mysticis communissimam. Non loquitur ex opinione propria, sed sequitur vestigia antiquorum, innixus semper ipsorum principiis, & spiritualibus fundamentis, quæ reducit ad rectam aliquam & claram methodum *de thesauro suo nova & vetera proferens.*

Stylus in argumento obscurissimo clarus est; in maxime arduo facilis, in altissimo planus, plenus cum prudenti zelo; Dives cum reverentia simplici; & efficax cum religioso fervore conjunctus. Non recedit a testimoniis sacra-

cræ



erarum scripturarum, a doctrinis S. Patrum, a decretis conciliorum, nec a rituum integritate. Propterea iudicavi, esse opus utilissimum ad adificationem spiritualem fidelium, adeoque dignissimum, quod imprimatur. Romæ 14. Maj. 1575.

D. Martinus, Archi-Episcopus Rbegenfis.



Approbatio Reverendissimi Patris Fr. Mariae Boloniensis, Qualificatoris S. Romane universalis Inquisitionis, Consultoris aliarum Congregationum, & Ministri Generalis totius Ordinis S. Francisci.

Liber inscriptus *Manuductio Spiritualis &c.* ejusque Auctor *D. Michaël de Molinos* declarat doctrinam sanam & conformem illis, quæ a sanctis dicta sunt

** 3

sunt



sunt; promovet regulis spiritualibus
scientiam mysticam, & id quod præci-
pue laude dignum videtur, Stylo ac
methodo simplici ipsos contemplatio-
nis apices attingit. Propterea ingenue
judico, quod non minus sit approba-
tione dignum, quam usui futurum iis,
qui in via spiritus incedunt. In Con-
ventu Aracelenfi Religiosorum mino-
rum N. S. Patris, S. Francisci Romæ 18.
Aprilis, 1675.

*E. R. Franciscus Maria Genera-
lis totius, Ordinis N. P.
S. Francisci.*

Appro-



*Approbatio Reverendissimi Patris Fr.
Dominici de Sanctissima Trini-
tate, Qualificatoris & Consul-
toris Sancti Officii Maltensis, &
Qualificatoris S. Romanae uni-
versalis Inquisitionis; Olim Ge-
neralis Ordinis Carmelitarum,
Excalceatorum & hodie Defini-
toris Generalis, & Rectoris Se-
minarii Missionum in conventu
S. Pancratii.*

JESUS ET MARIA.

EGO infra scriptus legi attente li-
brum, qui inscribitur: *Manudu-
ctio Spiritualis extricans animam, eamq;
per viam interiorum ad acquirendam per-
fectam contemplationem, & divitem inter-
nae pacis thesaurum deducens*: Compositum a D. Domino Michaële Molinosio,
in quo non inveni rem ullam fidei, bo-
nisque moribus contrariam, quin po-
tius habentur ibi pulcherrima dogmata

⊗ ○ ⊗
Spiritualia, pretioso Auctoris fini proportionata. Intendit enim deducere animam devotam, mediante abnegatione rerum terrenarum, & annihilatione sui ipsius, ad perfectam contemplationem, & ad inestimabilem fruitionem pacis interioris, quæ provenit ex amicabili cum DEO unione. Ideo eum impressione dignum iudico imprimis animarum emolumentum, quæ aspirant ad tantum bonum? In nostro Conventu Pancratii S. 20 Maji, 1675.

*F. R. Dominicus de Sanctissima
Trinitate, Definitor Generalis,
& Rector Seminarii Missionum
in dicto Conventu.*

Ap.



*Approbatio Reverendissimi Patris
Martini de Esparza Societatis
Jesu, olim Lectoris Theologici
in Academia Salamancana, &
Collegio Romano, & Consultoris,
& Qualificatoris; Sancti Officii
Vagliadolidensis, & nunc Con-
sultoris sacrae Congregationis
Rituum, & Qualificatoris San-
ctae Romanae & Universalis In-
quisitionis.*

IN libro, qui inscribitur: *Manudu-
ctio Spiritualis*. Auctore D. Michaë-
le Molinosio, qui id agit, ut animas in
viam contemplativam dirigat, non in-
venio quicquam a ii sanæ doctrinæ
contrarium, & sententiis communibus
S. Patrum, aliorumque piorum Scripto-
rum, nec sanctitati & perfectioni mo-
rum; cum certissimum sit exercitium
divinæ contemplationis maxime ar-
duū esse ac difficile, quod tam vehemen-
ter renitantur, & contra ipsam erigant se
omnes



omnes potentia naturales, secundum
innatam propensionem suam, tum non
minus patet, nimium quantum diffi-
cilem esse, & singulariter reconditam
considerationem reflexivam, & dire-
ctionem ejusdem contemplationis, ob
gravem intellectus humani infirmita-
tem, præcipue ubi fulcro Phantasia de-
stituitur, quæ eum profecto deserit in
hac consideratione & directione refle-
xiva, non minus, imo etiam magis,
quam in ipso contemplationis actu. Vi-
detur mihi propterea laude & singulari
æstimatione digna vis hujus libri, quæ
insumitur in laboriosa & profunda ex-
plicatione contemplationis, & quia in
hac usque ad apicem ultimamque ejus
perfectionem progreditur, secundum
meam quidem tenuem cognitionem,
maxime adæquate; magnam inde utili-
tatem & fructum percipient animæ, si
in lucem publicam prodierit, & cum
omnibus communicetur. Datum in Col-
legio Romano Societatis Jesu 16. Maji,
1675.

Martinus de Esparza.

4p.



*Approbatio Reverendissimi Patris
F. Francisci Gerez Cappuccini,
Predicatoris sua Majestatis
Catholica, olim Examinatoris
Synodalis Dioceseos Seviliensis,
per Cardinalem Pimentelium,
gl. m. Archiepiscopi ejus: Ter
Provincialis Provinciae An-
dalusiensis, jamsemel alias, &
nunc etiam Definitoris Generalis
totius Ordinis.*

HOC opus in tres libros divisum,
quod inscribitur: *Manuductio spi-
ritualis, extricans animam, eamque per
viam interiorem ad acquirendam perfe-
ctam contemplationem & thesaurum pa-
cis interioris deducens*; Conscriptum a
D. Michaele Molinosio, & a me sin-
gulari mentis applicatione perlectum
est, & non tantum non invenio in ea
quicquam censura dignum, sed soli-
dam & ultissimam doctrinam, admo-
dum conformem Doctrinae S. Patrum,



& sacrorum Doctorum, & Encomio
& æstimatione tam digna quam mani-
festa est interior efficacia spiritus qua
docet viam spirituales, arduam, se-
cretam, & a paucis cognitam; & ar-
dens zelus, quo instruit, & persva-
det tutissimam suam directionem, sub-
ministrans monita tam opportuna, do-
gmata tam necessaria, & regulas adeo
tutas ut animæ quæ in praxin eas de-
ducet, ascensura sit absque periculo
ad sacrum divinæ contemplationis
montem, volatum magis angelico, quam
passibus humanis: Ubi se ipsa supe-
rior in totali sua abnegatione, trans-
ferens se in admirationem S. Boni
quod contemplatur, obviam ibit sum-
mæ tranquillitati, quam docet fortu-
nata ignorantia omnis ejus, quod non
est Deus, in quo solo vivit per amo-
rem excessivum, experiens in hac in-
teriori familiaritate thesaurum inas-
simabilem pacis interioris, conjuncta
vinculis perfectissimæ unionis, & resi-
gnationis totalis sui ipsius, quæ est
falsi-



fastigium perfectionis, ad quam desiderium ejus aspirare queat, & ad quam procedit feliciter. de quo tam sapienter auctor in hoc opere disserit. Ad confirmationem hujus rei dicit Seraphicus Doctor S. Bonaventura

(a) *Si autem quaris quomodo haec fiant? interroga gratiam, non doctrinam; desiderium; non intellectum, gemitum cruciationis, non studium lectionis; sponsum, non magistrum, DEUM, non hominem; caliginem, non claritatem; non lucem, sed ignem totaliter inflammantem, & in DEUM excessivis unctionibus, & ardentissimis affectionibus transferentem. Atque ideo opus hoc typis judico dignissimum, ejusque rationem reddo iisdem verbis Seraphici Doctoris in prologo Theologiae suae mysticae. Ut discat omnis anima rationalis a summo & aeterno Doctore acquirere scientiam, in qua omnis ratio & intelligentia hu-*

** 7

ma-

(a) *in itin. ment. cap. 6. Excess.
cap. 4. ment.*



mana fallit, & affectus per amorem
dispositus omnem humanum intelle-
ctum antevortens, triumphat unice re-
gula amoris unitivi cum illo Domino,
qui est fons omnis bonitatis, & verus
Director spiritus. Hæc est mea sen-
tentia, *salva in omnibus* &c. in hoc
Conventu Romano immaculatæ Con-
ceptionis V. M. nostræ Dominæ Fra-
trum Minorum Cappucinatorum, nostri
Patris S. Francisci 3. Junij. 1675.

F. R. Franciscus de Gerez.

Iterum imprimatur,

*Si videbitur Reverendis. P. Mag.
Sac. Pal. Apost. 1. de Angelis
ArchiEpis. Urb. Vicesg.*

Iterum imprimatur.

*Fr. Reginaldus Abferius Ord. pro
Magistro Sac. Pal. Apost.*

Nos




*Nos Reformatores Studii
Patavini.*

Cum e testimonio Secretarii nostri
nobis constet, in libro, qui inscri-
bitur; *Manuductio Spiritualis*; Docto-
ris Michaelis de Molinos, impresso Ro-
mæ Anno 1675. nihil inveniri contra
principia, & bonos mores, damus li-
centiam Johanni Jacobo Hertzio eum
recudendi, observatis statutis &c.
Dat. 12. Decemb. 1676.

*Alvise Mocenigo Ref. Sylve-
ster Valier. Cav.
Proc. Ref.*

Joh. Baptista Nicolosi,
Secret.

IN-



INDEX CAPITUM.
LIBER PRIMUS.

DE tenebris, ariditatibus, & tentationibus, quibus DEUS animas purgat, & de recollectione interiori.

CAPUT. I.

Ut DEUS in anima requiescat, cordi semper & in qualibet inquietudine, tentatione, ac tribulatione concilianda pax est. pag. 37

CAP. II.

Quamquam anima discursu se sentiat privatam, perseverare tamen debet in

INDEX CAPITUM. LIB. I.

*in oratione, nec dolere; hac enim
maxima ejus est felicitas.* 42

CAP. III.

Ejusdem Argumenti. 50

CAP. IV.

*Non dolendum est animam, nec inter-
mittenda oratio, quanquam ari-
ditate se videat circumdatam.* 58

CAP. V.

*Agitur de eodem, ac declaratur, quot
sint modi devotionis & quomodo
sensibilis debeat contemni, quodque
anima, quanquam in discursu non
versetur, non sit otiosa.* 66

CAP. VI.

*Non debet anima inquietari, quod
tenebris se videat circumdatam,
quia ille sunt maxime felicitatis il-
lius instrumenta.* 71

CAP.

INDEX CAPIT. LIB. I.

CAP. VII.

Ut anima ad supremam pacem interioriorem pertingat, necesse est, ut DEUS eam suo quoque purget modo, cum exercitia non sufficiant, nec mortificationes, quas ipsa propriis viribus suscipere potest. 75.

CAP. IIIX.

Ejusdem Argumenti. 79

CAP. IX.

Non debet inquietari anima, aut retro reverti in via spirituali, quam videat se tentationibus oppugnari. 82.

CAP. X.

Ejusdem Argumenti. 88

CAP. XI.

Declarantur, quid sit recollectio interior,

INDEX CAPIT. LIB. I.

*rior, & quomodo gerere se debeat
anima in ea ipsa, ac in bello spiri-
tuali, quo diabolus eam in illa hora
turbare nititur.* 92

CAP. XII.

Ejusdem Argumenti. 102

CAP. XIII.

*Quid agendum sit anima in recolle-
ctione interiori.* 109

CAP. XIV.

*Declaratur, quomodo anima in praesentia
DEI constituta cum perfecta
resignatione, per actum fidei pu-
rum, incedat semper in virtuali
& acquisita contemplatione.* 121

CAP. XV.

Ejusdem Argumenti. 128

CAP.

INDEX CAP. LIB. I. ET II.

CAP. XVI.

Modus quo intrari potest in recollectionem internam per sanctissimam CHRISTI DOMINI nostri humanitatem. 137

CAP. XVII.

De silentio interno & mystico. 146

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

I*Nimici astutia vinci optime possunt, si quis Patri alicui spirituali se subiciat.* 153

CAP. II.

Ejusdem Argumenti. 161

CAP. III.

Zelus animarum inconsideratus & amor inordinatus erga proximum turbant pacem interiorem. 167

CAP.

INDEX CAP. LIB. II.

CAP. IV.

Ejusdem Argumenti. 172

CAP. V.

Ad perducendas animas per viam interiorem, necessariae sunt lux, experientia, & divina vocatio. 173

CAP. VI.

Instructiones & monita in gratiam Confessorum & Directorum spiritualium. 180

CAP. VII.

Agitur de eodem, ac deteguntur abbasiones, quas habere solent quidam Confessores & Directores spirituales & declarantur dotes, quae in ipsis requiruntur, ad exercitium confessionis, & ad ducendas quoque animas per viam mysticam. 189

CAP.

INDEX CAP. LIB. II.

CAP. IIIX.

Ejusdem Argumenti. 197

CAP. IX.

Simplex & prompta obedientia est unicum medium tuto ambulandi per viam internam & consequendi pacem internam. 203

CAP. X.

Ejusdem Argumenti. 210

CAP. XI.

Quando & quibus in rebus obedientia anime interiori maxime sit necessaria. 216

CAP. XII.

Ejusdem Argumenti. 222

CAP. XIII.

Frequens communio est medium effi-
CAS

cax ad acquirendas virtutes omnes, precipue autem pacem interiore. 229

CAP. XIV.

Ejusdem Argumenti. 234

CAP. XV.

Declaratur quo tempore usurpari debeant spirituales & corporales pœnitentia, & quam noxia sint, si inconsiderate instituantur secundum proprium iudicium & sententiam. 239

CAP. XVI.

Differentia insignis, qua intercedit inter pœnitentias externas & internas. 245

CAP. XVII.

Quomodo se gerere debeat anima, si defectus aliquos admiserit, ne inquietetur, sed fructum inde capiat. 250

CAP.

INDEX CAP. LIB. III.

CAP. XIIII.

Agit de eodem.

255

LIBER TERTIUS.

DE *martyriis spiritualibus,*
quibus DEUS animas pur-
gat; de contemplatione in-
fusa & passiva de resigna-
tione perfecta, humilitate
interna, divina sapientia,
vera annihilatione & pace
interiori.

CAP. I.

Differentia hominis exterioris ab in-
teriore.

261

CAP. II.

Ejusdem Argumenti.

267

CAP. III.

Medium ad consequendam pacem in-
te-

te-

INDEX CAP. LIB. III.

non est gustus sensibilis, nec consolatio spiritualis, sed abnegatio amoris proprii. 272

CAP. IV.

De duobus martyriis spiritualibus, quibus Deus animam purgat, quam secum unire cupit. 280

CAP. V.

Quantopere intersit anima interioris, ipsique necessarium sit, ut quasi caeca patiatur primum hoc & spirituale martyrium. 289

CAP. VI.

De secundo martyrio spirituali, quo DEUS purgat animam, quam secum unire cupit. 301

CAP. VII.

Mortificatio interior & perfecta

re-

INDEX CAP. LIB. III.

resignatio necessariae sunt ad consequendam eternam pacem. 304.

CAP. IIIX.

Ejusdem argumenti. 313

CAP. IX.

Ad consequendam pacem interiorem necesse est, ut anima suam cognoscat miseriam. 321

CAP. X.

Docetur & detegitur, quanam sit humilitas falsa & vera & declarantur ejus effectus. 323

CAP. XI.

Maxima ad cognoscendum cor simplex, humile & verum. 331

CAP. XII.

Solitudo interior ea est, qua praecipue
44

INDEX CAP. LIB. III.

*ad acquirendam pacem interiore
deducit.* 337

CAP. XIII.

*Explicatur quid sit contemplatio in-
fusa & passiva, & declarantur
miraculosi ejus effectus.* 343

CAP. XIV.

Ejusdem Argumenti. 348.

CAP. XV.

*De duobus mediis, quibus ascendit
anima ad contemplationem infu-
sam, & explicatur, qui & quot
sint ejus gradus.* 353

CAP. XVI.

*Signa ad cognoscendum hominem in-
teriore & animum purgatum.*
359

CAP. XVII.

De divina sapientia. 365

*** 2

CAP.

INDEX CAP. LIB. III.

CAP. XIII.

Ejusdem Argumenti. 373

CAP. XIX.

De vera & perfecta annihilatione.
381

CAP. XX.

*Demonstratur quomodo nihilum sit
praesidium ad consequendam puri-
tatem animae, perfectam contempla-
tionem & divitem interioris pacis
thesaurum.* 388

CAP. XXI.

*De summa felicitate pacis interioris
& de miraculosis ejus effectibus*
395

CAP. XXII.

*Exclamatio amantissima, & querulus
ad DEUM genitus ob paucas ani-
mas quae perveniunt ad perfectio-
nem, & amabilem unionem &
divinam transformationem.* 405

MA.



MANUDUCTIO SPIRITUALIS.

*Extricans animam, eamque per
viam internam ad ac-
quirendam contemplationis
perfectiorem ac divitem pa-
cis interioris thesaurum de-
ducens.*

AUCTOR AD LE- CTOREM.



Nil omnino diffi-
cilius, quam placere
omnibus, nec quic-
quam facilius & usi-
tatis, quam censere libros, qui
luci publicæ exponuntur. Utrin-
que

A

que

que commune periculum est omnibus, quæ eduntur, operibus, ne uno quidem excepto, etsi vel summorum virorum fulciatur patrocínio. De hoc igitur libello quid deinceps futurum est, cui nemo existit Patronus & cuius cibus, quod mysticus sit, male conditus, non poterit non in communem incurrere censuram, & insipidus esse omnibus. Verum si eum non intellexeris, Lector benevole, propterea sub censuram ne voces.

Audiet, legetq; homo animalis res hæc spirituales, sed percipere haud poterit, ut Paulus ait: (a) *Animalis homo non percipit eas, quæ sunt spiritus DEI.* Eas si condemnas, te condemnas ad numerum eorum sapientum, quibus.

(a) 1. Cor. 2.

AD LECTOREM. 3

buscum, dicente S. Dionysio, DEUS non communicat hanc sapientiam æque ac cum simplicibus & humilibus, quanquam hi iudicio hominum rerum omnium habeantur ignari.

Scientia mystica non est ingenii, sed experientiæ; non inventa, sed probata, non lecta, sed accepta, ideoque est tutissima, atque efficax; adjumento etiam egregio, ac uberrimi fructus. Non per aures in animam intrat, nec per continuam librorum lectionem, sed per liberalem divini spiritus infusionem, cujus gratia cum simplicibus ac parvis deliciosissima & intima familiaritate communicatur.

Sunt docti, qui hæc nunquam legerunt, sunt spirituales, qui nondum ea gustarunt; proinde

A 2

utri-

4

AUCTOR

utriqve ea damnant, illi ex ignorantia, hi ob defectum experientia.

Certum quoque est, quod experientia hujus dulcedinis destitutus, de mysteriosis hisce secretis judicium ferre nequeat; offendetur potius (ut solent multi) ubi intelliget divinum amorem, tanta in anima operari miracula, quod in propria has ejus subtilitates non deprehendat. Quis taxabit bonitatem divinam, cujus manus non est decurtata, quo minus idem, quod alias operata est, perficiat? Non vocat DEUS ob meritum, nec validissimum; vocat, sed debilissimum & miserrimum, ut infinita ejus misericordia eo magis exsplendescat.

Non est hæc theoretica, sed
pra-

AD LECTOREM. 5

practica scientia, ubi experientia subtilissimam & ingeniosissimam antecellit speculationem. Monuit tamen S. Teresia Confessorem suum, ne de rebus spiritualibus conferret nisi cum hominibus firmi iudicii. *Quia, ait illa, si tantum unicam noverint viam, aut si in medio fuerint relictæ, confirmari haut poterunt.*

Satis se ostendet practicæ huius ac mysticæ scientiæ expertem, qui doctrinam huius libri damnaverit, prodetque se non legisse S. Dionysium, S. Augustinũ, S. Gregorium, S. Thomã, S. Bonaventuram, multosque alios Sanctos & Doctores ab Ecclesia approbatos, qui approbant, commendant, ac docent, tanquam experti, praxin huius doctrinæ.

Monendum est, doctrinam hanc non instruere omnis generis homines, sed tantum illos, qui habent sensus & passiones bene mortificatas, profectiones, & orationem jam ingressos, ac a DEO vocatos ad viam interiorem, quos excitat ac ducit, obstaculis, quæ perfectæ contemplationis impediabant cursum, liberatos.

Curavi, ut styly hujus libri devotus, castus ac utilis esset, absque elegantis dictionis ornamentis, absque ostentatione eloquentiæ, aut subtilitatibus theologicis. Id tantum spectavi, ut nudam veritatem humiliter, sincere ac perspicue traderem.

Nemini mirum videatur, quotidie novos prodire libros Spirituales. DEO enim nunquam nova desunt lumina quæ
com-

AD LECTOREM. 7

communicet, & animabus semper necessariae sunt istae instructiones. Nec omnia dicta, nec omnia scripta sunt, unde semper suppetet, quod scribatur, usque ad finem mundi. Admiranda fuerunt lumina, quae Deus cum Ecclesia sua communicavit per Doctorem Angelicum, S. Thomam, in hora tamen mortis ipse affirmabat, divinam majestatem tantum cum ipso in illo instanti communicasse lumen, ut nihili sit faciendum, quicquid adhuc scripserit. Habet igitur & semper habebit Deus nova, quae communicet, lumina, nec infinitae ejus scientiae quicquam inde decedet.

Non abjiciendus est animus ob multas gravesque viae interioris molestias, cum res magni va-

loris suo jure ac merito magni etiam sit pretii. Bono sis animo, confidasqve non has tantum, quæ hic se offerunt, sed multas alias quoque superatum iri molestias divina gratia ac interiori vigore.

Nunquam in animo mihi fuit antea, de contemplatione agere, aut ejus suscipere defensionem, quod alii fecerunt multi, qui integros eosque doctos admodum ac subtiles de ea ediderunt libros, firmis argumentis, doctrinis, & testimoniis Sanctorum ac Scripturæ S. ad destruendam illorum opinionem, qui immerito eam damnarunt, damnantqve, affectim instructos.

Verum multorum annorum experientia (quam tot debeo animabus, quæ meæ tenuitati se
com-

AD LECTOREM. 9

commiserunt, ut ad interiorem
viam, ad quam vocati erant, a me
deducerentur) docuit me, quam
sit necesse, ut tollantur illis ob-
stacula, inclinationes, affectus,
adhæfiones quæ ipsarum cur-
sum, viamque ad perfectam
contemplationem penitus inter-
vertunt.

Ad hunc scopum principalem
totus hic liber practicus collineat,
quia non sufficit viam interio-
rem contemplationis stabilire,
ac confirmare, nisi animabus vo-
catis, & quæ jam de via certæ
sunt, obstacula etiam tollantur,
quæ gressum volatumque spiri-
tuale impediunt. Quem in-
finem iis potius usus sum, quæ
DEUS ex infinita sua misericor-
dia mihi inspiravit, ac tradidit,
quam iis, quæ speculativa libro-

A s rum

IO AUCTOR AD LECTOEM.
rum lectio suggestit mihi ac sub-
ministravit.

Interdum (quanquam ra-
rius) allego testimonium quod-
dam Auctoris practici & experti,
ut liquido constet, doctrinam,
quæ hic proponitur, non esse
singularem ac raram. Hæc itaque
prima mihi fuit intentio, non
ut confirmarem viam interio-
rem, sed ut eam extricarem; al-
tera, ut instruerem directores,
ne impediunt cursum anima-
rum, quæ vocantur per arcanas
hasce semitas ad pacem inter-
nam summamque felicitatem.
Faxit DEUS per infinitam suam
misericordiam, ut obtineatur fi-
nis tantopere exoptatus.

Spero in DEO me lucraturum
esse nonnullas ex illis ani-
mabus, quas divina ejus Maje-
stas

PROOEMIUM. MONITUM I. II
stas ad scientiam illam vocat.,
quem si obtinuero fructum, bene
me infumfisse operam existima-
bo. Unica hæc fuit desiderii mei
meta, &, si DEUS (quod est
certo certius) approbaverit pura
hæc desideria, abunde mihi sa-
tisfactum putabo. Vale!

PROOEMIUM.

MONITUM I.

*Duobus modis itur ad DEUM,
primo per meditationem, &
discursum; secundo per pu-
ram fidem & contempla-
tionem.*

I. **D**uobus modis ad DEUM iri
potest, uno per considera-
tionem & discursum, altero per
puritatē fidei, notitiam indistin-
ctam, generalem & confusam.

Primus vocatur meditatio, secundus recollectio interior, aut contemplatio acquisita. Primus est incipientium, secundus provectorum. Primus est sensibilis & materialis; secundus nudior, purior, & interior.

2. Quando anima jam acquisivit habitum discurrendi de mysteriis, comite usa facultate imaginativa, & imaginibus corporalibus adjuta; perlata a creatura in creaturam, a notitia in notitiam (minimam adhuc habens notitiam ejus, quod desiderat) & ab his ad Creatorem; tunc solet DEUS quasi manu eam prehendere (nisi eam sub ipsis principiis vocaverit, ac introduxerit sine discursu per viam puræ fidei) & efficiens, ut anima quasi in tergo relinquat omnes confi-
de-

derationes & discursus, protrahit eam, & educit ex statu illo sensibili & materiali, faciens, ut sub simplici & obscura fidei notitia, amoris tantum alis ad sponsum suum aspiret, nec amplius opus habeat, quo ipsum amet, persuasionibus & informationibus intellectus, quia hac ratione amor ejus admodum foret parvus, dependeret magnam partem a creaturis, stillaretque quasi guttis, iisque non nisi tarde, ac per intervalla cadentibus.

3. Quo minus dependebit a creaturis, soli DEO, ejusque secretis instructionibus, mediante fide pura, innixus, eo firmior, durabilior ac fortior erit amor. Posteaquam anima jam acqvisivit notitiam, quam ipsi dare possunt omnes meditationes & ima-

gines corporales a creaturis desumptæ; si modo DOMINUS educiat eam ex isto statu, discursu eã privans, ac in divinis relinqvens tenebris, ut per semitam rectam ac per puram fidem incedat; ea se ductui ejus permittat, nec tam parce ac tenuiter amare velit, quam illæ (*imagines corporales*) docent; sed existimet nihili esse, quicquid totus mundus, ac delicatissimi conceptus vel sapientissimorum intellectuum ipsi dicere possunt: ac bonitatem & pulchritudinem amati sui infinite præstare ipsorum sapientia, persuasa, omnes creaturas rudes nimis esse, quam ut informari ab iis possit, ac perferri ad veram DEI sui cognitionem.

4. Amore itaque suo antevertere debet, ac post se relinquere omnem

MONITUM I. 15

omnem intelligentiam suam. .
 Amet DEUM, ut in se est, & non
 ut dicit formatqve eum imagina-
 tio, &, si non potest eum cogno-
 scere, ut est in se, amet eum,
 qvanqvam non cognoscat; sub
 obscuris fidei velis: qvemadmo-
 dum filius, qvi Patrem suis nun-
 qvam usurpavit oculis, plenam
 tamen alis fidem tribuens, per-
 qvos in ejus notitiam pervenit,
 amat eum ac si aliquando vidis-
 set.

5. Anima cui discursus est sub-
 latus, non affectare eum debet,
 aut vi qværerere notitiam clario-
 rem qvidem, magisq; particula-
 rem, sed solatiorum fuleris desti-
 tutam, aut notitias sensibiles con-
 junctas cum paupertate spiritus;
 ac orbata omnibus, qvæ appeti-
 tusejus naturalis desiderat, qvie-
 ta

ta esse debet, firma, constans, finens DOMINUM operari, quam se videat solam, aridam, ac tenebris plenam. Nam etiam si hoc ipsi videri possit otium, non est tamen nisi sensibilis & materialis ejus activitatis, non DEI, qui operatur in ipsa veram scientiam.

6. Tandem quanto magis ascendit spiritus, eo magis a sensibili avellitur. Multæ sunt animæ, quæ pervenerunt ad istam portam, & perveniunt, sed paucæ illæ, quæ intrarunt, ac intrant, quod destituantur ductore experto, & illæ, quæ vel habuerunt eum, vel actu ipso habent, quod non vera ac totali submissione se subjiciant.

7. Dicent, voluntatem non amaturam, sed otiosam futuram,

MONITUM I. 17

si intellectus non intelligat distincte ac clare; cum firmum sit principium, non posse amari, quod non cognoscitur. Ad id respondetur, quod, etiam si intellectus non cognoscat distincte per discursum, imagines & considerationes, intelligat nihilominus & cognoscat per fidem obscuram, generalem ac confusam: Cujus cognitio, quamquam, adeo obscura, indistincta & generalis, tamen, cum supernaturalis sit, clarior & perfectior cognitio DEI est, quam omnis notitia sensibilis & particularis, quæ in hac vita formari potest; cum omnis imago corporalis & sensibilis a DEO infinite distet.

8. Perfectius (ait S. Dionysius (a)) cognoscimus DEUM per
ne.

(a) *Myst. Theol. c. 1. §. 2.*

negationes, quam per affirmationes. Altius de DEO sentimus, cognoscentes quod fit incomprehensibilis, & omni captu nostro superior, quam sub imagine quadam ac creata pulchritudine eum concipientes secundum rudem nostrum intellectum. Itaque major æstimatio & amor gignetur ex isto modo confuso, obscuro & negativo, quam ex omni alio sensibili, ac distincto; quia ille DEO magis est proprius, & creaturis spoliatus; hic contra quo magis dependet a creaturis, eo minus habet DEI.

MONITUM II.

*Declaratur, quid sit meditatio
& contemplatio, & quid
inter*

*inter utramque intercedat
discriminis.*

9. S. Johannes Damascenus, (a)
& alii Sancti dicunt, *orationem*
esse ascensionem vel elevationem men-
tis ad DEUM. DEUS superior est
omnibus creaturis, nec potest
anima eum videre, aut cum ipso
agere, nisi supra has omnes ele-
vetur. Amica illa conversatio ani-
mæ cum DEO, h. e. oratio, dividi-
tur in meditationem & contem-
plationem.

10. Quando intellectus myste-
ria sanctæ nostræ fidei cum at-
tentione considerat, ut verita-
tem eorum cognoscat, differen-
do de particularibus eorum ca-
pitibus, ac ponderando circum-
stantias ad sciendos in voluntate,
affe-

(a) l. 3, de fid. orthod. c. 24.

affectus, proprie vocatur meditatio.

11. Quando anima jam cognoscit veritatem (sive per habitum discursu acquisitum, sive quod peculiare lumen DOMINUS ipsi concesserit) oculosque mentis fixos in eadem veritate tenet, eamque sincere in quiete & silentio intuetur, ita ut non amplius necessariae ipsi sint considerationes aut discursus, aut aliae probationes, quibus convincatur, voluntas autem amat, admiretur, eaque gaudet: Ea vocatur proprie oratio fidei, oratio quietis, recollectio interior, aut contemplatio acquisita.

12. *Hanc dicit S. Thomas (a), una cum omnibus Doctoribus mysticis, esse intuitionem sinceram,*
sua.

(a) 2. 2. qv. 180. art. 3, & 4.

MONITUM II. 27

suavem & quietam aeternae veritatis sine discursu aut reflexione. Si autem gaudet, aut effectus DEI intuetur, & in creaturis, & inter creaturas, & in humanitate CHRISTI DOMINI nostri, utpote quæ est omnium perfectissima; contemplatio ea non est perfecta, affirmante S. Thoma (a), cum illæ omnes nil nisi media sint ad cognoscendum DEUM, ut est in se ipso: & quanquam humanitas CHRISTI sanctissimum sit ac perfectissimum medium ad DEUM eundi, ac supremum salutis nostræ instrumentum, & canalus, per quem omne bonum, quod speramus, accipimus, humanitas tamen non est summum bonum, utpote quod consistit in visione DEI; Sed uti JESUS
CHRISTUS

(a) 2. 2. qv. 180. art. 3, & 4.

CHRISTUS magis est per divinitatem quam per humanitatem; ita ille, qui cogitat de DEO, ac in DEUM semper respicit (cum divinitas unita sit humanitati) semper intuetur JESUM CHRISTUM, deque eo cogitat: imprimis vero Contemplativus, in quo fides purior, sincerior & exercitior est.

13. Quamprimum finis obtinetur, cessant media, ut navigatio cessat, cum ad portum appellitur. Cum anima, meditatione fessa, ad quietem, tranquillitatem, & requiem contemplationis pervenit, tunc abrumpere debet discursus ac quieti se permittere cum amantissima attentione, & simplici intuitione DEI, videns ipsum amansque, rejiciens suaviter omnes imagina-

gio-

tiones, quæ repræsentantur,
tranquillans mentem in divina
illa præsentia, recolligens me-
moriâ, & defigens totam in
DEUM, contenta cognitione,
generali & confusa, quam de DEO
mediante fide obtinuit, totam
voluntatem ejus amori appli-
cans, in quo omnis fundatur
fructus.

14. Dicit S. Dionysius: (c) Tu
vero, chare Timothee, in mysticis
contemplationibus, intenta exercita-
tione, & sensus relinque, & intellectu-
ales operationes & sensibilia & intelli-
gibilia omnia, & ea quæ sunt, & quæ
non sunt, universa, ut ad unionem
ejus, quæ supra essentiam & scientiam
est, quantum fas est, indemonstrabili-
ter assurgas. Hactenus Sanctus.

15. Juvat igitur relinquere,
omne

(c) Myst. theol. c. 1. §. 1.

omne creatum, sensibile, intelligibile, & affectivum, & tandem omne id, quod est & non est, ad projiciendum se in amabilem DEI finem. Nam ille nobis restituet, quicquid reliquerimus augendo nobis vigorem, & efficaciam ardentius ipsum amandi, cujus amor nos sustentabit in sancto illo & beato silentio, quod plus valet, quam alia omnia, simul unita.

16. S. Thomas dicit: (a) *Minimum est, quod homo de DEO potest cognoscere in hac vita, sed multum id, quod voluntas potest habere, amoris.*

17. Quando anima ad hunc statum pertingit, tota debet in seipsam secedere in purum & profundum centrum suum: (ubi est imago DEI, ubi amoris plena at-

ten-

(a) 1. 2. qv. 27. art. 2. ad secund.

rentio, silentium, oblivio omnium rerum, applicatio voluntatis cum perfecta resignatione,) auscultans, & non nisi cum DEO loquens solo, & ita quidem ac si præter ipsos duos nemo in toto esset mundo.

18. Cum exquisita ratione dicunt Sancti, quod meditatio operetur cum labore, & fructu; contemplatio sine labore, cum quiete, requie, pace, delectatione & multo majori fructu. Meditatio seminat, & contemplatio metit: Meditatio quærit, contemplatio invenit: Meditatio mandit cibum, contemplatio gustat, eoque sustentatur.

19. Hæc omnia dixit Mysticus Bernhardus in illa verba Salvatoris: *Quærite & invenietis, pulsate, & aperietur vobis* (Lectio apponit ori

B soli-

solidum cibum, meditatio frangit, oratio saporem conciliat, contemplatio est ipsa dulcedo, qua jucundat & reficit). His declaratur, quid sit meditatio & contemplatio, & quæ inter ambas sit differentia.

MONITUM III.

Quanam sit inter Contemplationem acquisitam & activam, infusam item & passivam differentia: & de signis e quibus cognoscitur, quando DEUS velit, ut anima a meditatione transeat ad contemplationem.

20. **D**UO adhuc sunt contemplationis modi. Est enim imperfecta una, activa & acquisita;

MONITUM III. 27

fit; altera infusa & passiva Activa (de qua haectenus actum fuit) est illa, quæ nostra obtineri diligentia potest, adjuvante tamen nos gratia divina, dum potentias seu facultates nostras sensusque recolligimus, nosque ad omne id, quod DEUS voluerit, præparamus. Ita dicunt Rojas & Arnaja.

21. Commendat S. Bernhardus activam istam contemplationem, dum in illa commentatur verba (a) *Audiam, quid loquatur in me DEUS*, dicens: *Optimam partem elegit Maria, licet non minoris fortasse meriti sit apud DEUM humilis conversatio Martæ, sed de electione Maria laudatur; quoniam illa omnino (quoad nos spectat) eligenda,*

B 2

da,

Pf. 84. fol. 88.

da, hac vero si injungitur, patienter est toleranda.

22. Similiter S. Thomas inculcat illam acquisitam contemplationem sequentibus verbis: *Quanto homo animam suam vel alterius propinquius DEO conjungit, tanto sacrificium est DEO magis acceptum. Unde magis acceptum est DEO, quod aliquis animam suam & aliorum applicet contemplationi, quam actioni.* Verba profecto satis clara & aperta, ut ad silentium redigant eos, qui acquisitam contemplationem damnant.

23. Quanto propius viciniusque homo ad DEUM accedit, aut procurat, ut accedat anima sua vel aliorum, eo majus DEOque acceptius est sacrificium. Unde infertur, (concludit idem Sanctus,) DEO acceptius esse, si ho-
mo

mo applicet suam vel aliorum animam ad contemplationem, quam si ad actionem. Sancti sermonem hic esse de infusa contemplatione, dici nequit, cum non sit in hominis manibus applicare se ad infusam, sed tantum ad acquisitam.

24. Etsi dicitur, quod possimus nosmetipsos quasi introducere in contemplationem acquisitam ope divina nobis assistente: nemo nihilominus ex proprio instinctu periculum facere debet, transeundi a statu meditationis ad isthunc absque consilio experti Directoris, qui clare cognoscit, an anima sit vocata a DEO ad viam hanc interiorem, aut direttore destituta cognoscet ipsa, anima ex libro aliquo, qui de his rebus agit, & in quem incidit.

divina sic dirigente providentia, ut detegat id, quod experiebatur in interno cordis sui, etiam si non cognosceret. Quamquam autem certum ipsi sit deliberatumque ob lucem, quam ex libro accepit, a meditatione desistere ad amplectendam quietem contemplationis, semper tamen ipsi relinquetur ardens desiderium perfectiorem instructionem nansciscendi.

25. Et ut bonam hac in parte instructionem accipiat, signa ipsi subministrabo, unde cognoscat istam vocationem ad contemplationem. Primum ac principale est, si non possit meditari, & si meditetur, ut fiat cum insigni inquietudine & labore, modo non proficiscatur a naturali quadam inhabilitate, aut melan-

MONITUM III.

37

lanchohia quadam, aut ab ariditate nata ex defectu præparationis.

26. Nullum ex his defectibus esse, sed omnino veram vocationem, inde judicare poterit, si transeat dies, mensis, & menses etiam conplures, quibus in oratione formare discursum, haud valeat. *Deducit DOMINUS animam ad contemplationem (dicis S. Mater Terefia,) & manet mens multum inhabilis ad meditando passionem CHRISTI: quia, cum nil aliud sit meditatio, quam inquisitio DEI, quando semel anima ipsum invenit, jamq; consuevit denuo eum querere per opus voluntatis, non vult se amplius intellectu fatigare. Hactenus Sancta.*

27. Secundum signum est, si, utut destituta sit devotione sensi-

B 4

bili,

bili, solitudinem quærat, ac conversationem fugiat. Tertium, si lectio librorum spiritualium tædium ipsi pariat, quod de suavitate illa interiori non loquantur, quæ est in ipsius corde, etiam si eam non cognoscat. Quartum, si firmum habeat propositum, perseverandi in oratione, quamquam discursu se sentiat privatam. Quintum est, si insignem sui ipsius habeat cognitionem, eumque pudeat etiam magnopere sui, ita ut a peccato abhorreat, DEUMQUE majoris æstimet.

28. Altera contemplatio est perfecta & infusa, in qua (dicente S. Teresia:) *DEUS ad hominem loquitur, suspendens ipsius intellectum, interrumpens ejus cogitationem, verbumque (ut dicitur:) ex ore*

ore

MONITUM III. 33

ore depromit, ut, si vel maxime velit,
 tamen vix ac ne vix quidem loqui
 queat. Intelligit absque strepitu ver-
 borum, instruit ipsum divinus Magi-
 ster suspendens ipsius potentias, quod
 tunc nocerent potius, quam juva-
 rent, si operarentur. Gaudent ipse,
 sed quomodo gaudeant, non intelli-
 gunt. Ardet anima amore, & quo-
 modo ardeat, non percipit. Cogno-
 scit, quod fruatur eo, quem amat,
 & quomodo eo fruatur, nescit; satis
 percipit, quod ea fruitio non sit, ad
 quam intellectus aspiret. Voluntas
 illum amplectitur, nec intelligit quo-
 modo; atque quia comprehendere nihil
 potest, videt non esse tale bonum,
 quod mereri queamus omnibus simul
 insuntis laboribus, qui in terra
 exantlantur, idem ut obtineatur. Est
 donum DOMINI terra ac caeli, qui
 id tandem concedit, sicuti est, & cui

vult & quomodo vult. In hoc Majestas ejus ea est, quæ omnia facit, & opus ejus nostram naturam transgreditur. Hæc omnia sunt verba, S. Matris in via perfectionis, cap. 25. Unde infertur, quod contemplatio illa sit infusa, & DOMINUS eam ex gratia concedat, cui-cunque velit.

MONITUM IV.

Argumentum huius libri consistit in eradicanda rebellionē nostræ propriæ voluntatis ad consequendam pacem interiorem.

29. **V**la pacis interioris est conformare se ad id, quod divina voluntas constituerit. (a) In omnibus debemus subicere voluntatem

(a) Hugo Cardin.

MONITUM IV. 35

tem nostram voluntati divina, hæc est enim pax voluntatis nostræ, ut sit per omnia conformis voluntati divina.

II, qui volunt, ut omnia succedant eveniantque ex voto & ad proprium gustum, nondum pervenerunt ad cognitionem hujus semitæ (a) *viam pacis nos cognoverunt; ideoque amaram ac insipidam vivunt vitam, semper in quieti & alterationibus obnoxii, nec unquam viam pacis ingrediuntur, quæ nulla est alia, quam ut divinæ voluntati nos penitus conformemus.*

30. Hæc conformitas est suave jugum, quod introducit nos in regionem pacis & serenitatem interiorum. Inde cognoscemus, nostræ rebellionem voluntatis, principem esse inquietudinis nostræ

B 6 stræ

Psalm. 132

36 PROOEMIUM. MONITUM IV.
stræ causam, ac nos, quod suavif-
simo divinæ voluntatis iugo nos
haud subjiciamus, tantas perpeti
perturbationes ac angustias. O
animæ! si nostram divinæ sub-
mitteremus voluntatem, omni-
busq; ejus constitutionibus, quā-
tam experturæ essemus tranqvil-
litate, quam suavem pacem,
quantam serenitatem interio-
rem, quam excelsam felicitatem,
quantum futuræ felicitatis pi-
gnus & quasi chirographum?
Hoc igitur argumentum erit hu-
jus libri. Placeat DOMINO mihi
concedere divinam lucem suam
ad detegendas arcanas viæ hujus
interioris semitas, summam-
que perfectæ pacis feli-
citate!

MA.

MANUDUCTIO
SPIRITUALIS
Animæ ad acqvirendam pa-
cem interiorem.

LIBER PRIMUS.

*De tenebris, ariditatibus, & tenta-
tionibus, quibus DEUS animas
purgat, & de recollectione inte-
riori.*

CAP. I.

*Ut DEUS in anima requiescat, cordi semper
& in qualibet inquietudine, tentatione
ac tribulatione concilianda pax est.*

SCias, animam Tuam esse,
centrum, domicilium, ac
regnum DEI. Unde, ut supre-
mus Rex in illo animæ tuæ thro-
no conqviescat, providendum
tibi est, ut mundam, quietam,
vacuam, ac pacificam eam reti-
neas. Mundam a culpa & defe-

tibus; quietam a timoribus; vacuam affectibus, desideriis, ac cogitationibus, & pacificam in tentationibus & tribulationibus.

2. Tenendum igitur semper tibi est cor pacificum, ut purum conserves illud DEI templum, habeasque puram intentionem operandi, orandi, obediendi, & sufferendi absq; ulla alteratione, quicquid DOMINUS Tibi imponere dignatus fuerit. Quandoquidem certum est, eum in animæ tuæ commodum, & ut in spiritualibus proficias, permissurum esse invidio inimico, ut perturbet civitatem illam quietis ac thronum pacis tentationibus, suggestionibus, ac tribulationibus, ac per creaturas etiam, acerbis molestiis, gravibusque persecutionibus.

3. Con-

3. Constans sis, tranquillesque cor tuum in quavis inquietudine, quam istae tribulationes tibi causabuntur. Intres in illud, ut eas vincas; ibi enim est vigor divinus, qui te defendit, protegit, ac propugnat. Si homo tutum habeat propugnaculum, non inquietatur, quanquam persequantur eum inimici. Nam in illud si se receperit, hi ludibrio exponuntur, victique terga vertunt. Fortis rupes ad triumphandum de inimicis tuis visibilibus & invisibilibus, deque omnibus ipsorum insidiis ac tribulationibus, in ipsa est anima tua, eo quod ibi resideat divinum auxilium ac supremus succursus. Intro igitur te recipias, & omnia erunt quiescens, secura, pacifica & serena.

4. Prin-

40 MANUDUCT, SPIRITUAL.

4. Principale ac continuum, hoc tuum oportet esse exercitium, ut illi cordis tui throno pacem concilies, ut in eo requiescat supremus Rex. Modus pacificandi hic erit, ut in te ipsam intres per interiorem recollectionem. Omnistua protectio esse debet oratio, & amoris plena, recollectio in divina præsentia. Quando te maxime vides oppugnari, recipere te in illam pacis regionem, ubi propugnaculum invenies: Cum maxime es pusillanimis ad hoc orationis recurrere per fugium, sola hæc sunt, arma, quibus vinci inimicus, mitigari tribulatio potest. Ab ea non debes recedere in tempestate, usque dum experiaris tanquam alter Noë, tranquillitatem, securitatem ac serenitatem, &

& usque dum voluntas tua sit resignata, devota, pacifica, & animosa.

5. Denique non doleas, nec diffidas propterea, quod pusillanimum te videas; quoties alteraris, toties ad tranquillandum te redeas; quia divinus iste Dominus ut in anima tua requiescat, formetque in ea divitem pacis thronum, tantum abs te requirit, ut quæras in tuo corde, per internam recollectionem, divinaque ejus gratia assistente silentium in tumultu; in frequentia, solitudinem, in tenebris lucem; oblivionem in adversis; respirationem in ignavia, animos in timore, resistentiam in tentatione, pacem in bello, & quietem in tribulatione.

Quamquam anima discursu se sentiat privam, perseverare tamen debet in creatione, nec dolere; hac enim maxima ejus est felicitas.

6. **V**idebis te, ut reliquæ animæ omnes, quæ a DOMINO ad viam interiorem vocantur, plenam confusione, dubiisque, quoniam discursu destituta es in oratione: videberis tibi a DEO non juvari æque ac antea; non esse pro te exercitium orationis; perdere te tempus cum vix magno etiam negotio exprimere discursum unicum valeas, ut alias solita eras.

7. Quantas confusiones ac perplexitates tibi causabitur ille defectus discursus? Nisi tali in casu Confessor tuus in via mystica fuerit expertus, judicabit animam tuam

tuam perperam esse affectam, teq; ad confirmandam conscientiam opus habere confessione generali, neq;e alius talis diligentiae fructus erit, quam amborum confusio. O quot animæ vocatae sunt ad viam interiorem, & Confessores cum manu ducere, ac protrahere eas deberent, interverterunt ex ignorantia earum cursum, easq;e plane perdidērunt. Videatur B. Johannes de Cruce in proæmio Ascensionis in montem Carmeli.

8. Persvasum itaq;e habere debes, (ne retrorsum revertaris, cum in oratione desideras discursum) maximam hanc esse felicitatem tuam, quia evidens est signum, velle DOMINUM efficere, ut per fidem ac per silentium in diuinam ejus præsentiam venias,

44 MANUDUCT. SPIRITUAL.

nias, cujus est fructuosissima pariter facillimaq; semita, quando quidem simplici intuitione ac amoris plena attentione ad DEUM directa, anima se repræsentat tanquam humilis mendicus coram DOMINO suo, aut tanquam simplex infans se projicit in suavem tutumque charæ matris suæ sinum. Ita id expressit Gerson: Quamquam ego quadraginta annos attenderim ad lectionem & orationem, non potui invenire rem magis efficacem, nec ad acqvirendam theologiam mysticā magis compendiosam, quam ut spiritus noster in præsentia DEI fiat tanquam infans & mendicus.

9. Hæc oratio non tantum est facillima, sed etiam est tutissima; quia operationib9 imaginationis
li-

libera est, quæ nunquam non
 dæmonis obnoxia est illusioni-
 bus, motibusque melancholiæ,
 ac discursuum, in quibus anima
 facile distrahitur ac speculationi
 involvitur, semet ipsam intuens.

10. DEUS instructurus Mosen
 ducem suum, ipsique daturus
 tabulas lapideas, quibus divina
 inscripta lex esset, vocabat eum
 ad radices montis: Quo in in-
 stanti cum DEUS cum ipso una
 esset, spissis repente tenebris &
 obscuris ac densis nubibus Mons
 circumfundebatur, Moses vero
 otiosus nec formare, nec expri-
 mere discursum poterat. Septem
 abhinc diebus mandabat, ut ad
 cacumen montis ascenderet, ubi
 se ipsi manifestabat gloriosum,
 eumque replebat maxima conso-
 latione.

II. Ita

II. Ita quoque DEUS, cum vult modo quodam extraordinario, perducere animam ad scholam divinarum & amabilissimarum notitiarum legis interioris, initio facit, ut in tenebris ac ariditatibus ambulet, quo in sui praesentiam eam pertrahat, cum divina ejus Majestas probe sciat, non fieri posse propria industria, proprioque discursu, sed non nisi resignatione, in silentio, ad eam ut quis accedat, ad divina ejus dogmata audienda.

12. Magnum ejus rei exemplum praebuit Patriarcha Noë. Cum omnes eum habuissent pro stulto, & indomito se videret mari circumdatum, quod totum jam inundaverat mundum, sine velis, sine remis, in arca clausa, ferocibus obsessus animalibus,
sola

sola incedebat fide, nescius, nec intelligens, quid de eo Deus facere porro decrevisset.

13. Nil magis tua interest, o anima redempta, quam patientia, & ut minime relinquantur conatum orationis, quanquam discursum formare haud valeas. Ambula firma cum fide, & sancto cum silentio in te ipsa moriens, una cum omnibus naturalis industriæ tuæ viribus, quia Deus est, qui est, nec mutatur, nec errare potest, nec vult ullam rem, nisi quæ in tuum cedat bonum. Manifestum est, non sine violentia quadam fieri, si quis moriatur; Sed quam bene, id locabitur temporis, ubi mortua, muta, resignataque consistet anima in divina præsentia.

ad

48 MANUDUCT. SPIRITUAL.

ad recipiendas absq; impedimen-
to divinas influentias.

14. Sensus capaces non sunt
bonorum divinorum : Quare, si
felix ac sapiens esse volueris, ta-
ceas & credas, patiaris, habeas-
que patientiam; confidas & am-
bules. Magis enim tua interest
ut taceas, teque divinæ manus
permittas ductui, quam si omnia
totius mundi possideas bona. Et
quanquam tibi videaris nihil age-
re, ac otiosa esse, dum ita muta
es & resignata, fructus tamen est
infinite.

15. Intuere jumentum, obli-
gatis oculis rotam circumvolvēs
molæ, quod, quanquā non videat
quid agat, multum tamen ope-
ratur in commolendo grano, &
quanquam ipsum id non gustet,
DOMINUS tamen accipit fructum,
eam-

eumque gustat. Quis non iudicaret, semen tam diuturno tempore, quo terra contegitur, iam esse perditum? Sed mox prodit, crescit, seque multiplicat. Ita DEUS quoque agit cum anima, quando eam privat consideratione ac discursu: nam dum illa putat se nihil agere, & esse quasi perditam, cum tempore videt, se esse progressam, alienatam, & perfectam, etsi nunquam tantum sibi pollicita fuisset favorem.

16. Cura igitur, ne dolore afficiaris, aut retro agaris, quamquam in oratione formare discursum nequeas. Patiaris, ta-
ceas, teque in divina sistas presentia, perseveres constanter, infinitæque ejus bonitati confidas, quæ dare tibi potest fidem

C

con-

50 MANUDUCT. SPIRITUAL.

constantem, veram lucem, divinamque gratiam. Ambules ad instar cæci, & obligatis quasi oculis, absque cogitatione aut discursu; committas te amantissimis ejus paternisque manibus, nolisque quicquam præter divinum ejus beneplacitum peragere.

CAP. III.

Ejusdem argumenti.

17. **C**ommunis est omnium Sanctorum, qui de Spiritu egerunt, omniumque Magistrorum opinio, non posse animam pertingere ad perfectionem unionemq; cum Deo per meditationem ac discursum, quia tantum juvat ad ingrediendam viam spiritualem, donec acquirat habitum cognitionis propriæ, qua pulchritudinem virtutis accur-

turpitudinem vitii cognoscat: cuius habitus secundum sententiam S. Terefiæ sex, secundum S. Bonaventuram (a) duorum mensium spatio obtineri potest.

18. O! quanta commiseratione dignæ sunt innumeræ ferme animæ, quæ a principio usque ad finem vitæ in mera versantur meditatione, vi quadam sibi experientes discursum, quanquam DEUS eas privet discursu, ut ad alium eas promoveat statum, perducaturque ad orationem magis perfectam, & ita multis jam elapsis annis æque sunt imperfectæ ac sub initio, nec fecerunt progressum, imo ne passum quidem unicum in via spiritus: ac interea cerebrum turbarunt compositione loci, lectione pun-

C 2 Et o-

(a) in prol. de myst. Theol. p. 655.

etorum, imaginationibus, & violentis discursibus, DEUM quærentes foris, dum eum habent, intra se ipsas.

19. Conquestus est ea de re, S. Augustinus tempore eo, quo DEUS eum ad viam mysticam, perducebat, ita alloquens divinam ejus Majestatem: (a) Ego, DOMINE, errabam, ut ovis errabunda, te industrioso discursu quærens foris, cum esses intra me. Magnopere fatigatus sum, ut quærerem te extra me, tuque habes habitationem tuam intra me, cum ego te desidero & anhele. Circuibam plateas & fora civitatis hujus mundi, quærens te, & non inveniebam te, quia eum frustra quærebam foris, qui erat in me ipso.

20. Vi-

(a) Soliloq.

20. Videatur Angelicus Doctor S. Thomas, qui cum in omnibus scriptis suis adeo sit circumspectus, ludibrio habere illos videtur, qui foris semper quæ-
runt DEUM per discursum, cum intra se ipsos eum habeant præ-
sentem: *Magna cæcitas & nimia stultitia est, ait Sanctus (a) in multis, qui semper DEUM quarunt, continue ad DEUM suspirant, frequenter DEUM desiderant: quotidie in oratione ad DEUM clamant & pulsant, cum ipsi secundum verbum Apostoli sint templum DEI vivi & DEUS veraciter habitat in eis, cum anima ipsorum sit sedes DEI, in qua continue requiescit. Quis unquam nisi stultus quærit instrumentum foris, scienter quod habeat reclusum: aut quis utiliter uti potest instrumento,*

C 3 quod

(a) Opusc. 63. cap. 3. in fin.

74 MANUDUCT. SPIRITUAL.

*quod querit: aut quis confortatur
cibo, quem appetit, sed non gustat.
Sic etiam vita cuiuslibet iusti, DEVM
semper quærentis: Sed nunquam fruente-
tis: Et omnia opera ejus minus perfe-
cta sunt.*

21. Certo certius est, quod
CHRISTUS DOMINUS noster do-
cuerit omnes perfectionem
semperque voluerit, ut omnes
sint perfecti ac imprimis idiotæ
& simplices. Verum id esse,
aperte declaravit, cum ad Apo-
stolatum elegit imperitissimos
minimosque, ita alloquens æter-
num Patrem suum. (a) Confi-
teor tibi, & ago gratias, o æterne
Pater, quod occultaveris divi-
nam illam scientiam sapientibus
ac prudentibus, ac manifestave-
ris simplicibus ac minimis. Cer-
tum

(a) Matth. ii.

tum autem est, hos non posse, acquirere perfectionem per acutas meditationes, & subtiles considerationes, capaces tamen, æque sunt ac doctissimi, ut pertingere possint ad perfectionem per affectus voluntatis, in quibus primario consistit.

22. Docet S. Bonaventura nullam rem cogitandam esse ne quidem de ipso DEO, cum imperfectio sit tenere formas, imagines ac species, quam etiam sint subtiles, tam voluntatis, quam bonitatis, TRINITATIS & Unitatis, ipsius etiam essentiæ divinæ: quandoquidem omnes illæ species ac imagines, quanquam Deiformes videantur, ipsæ tamen non sunt DEUS, qui non admittit imaginem aut formam ullam. *Non ibi*, dicit Sanctus,

36 MANUDUCT. SPIRITUAL.

(a) oportet cogitare res de creaturis, nec de Angelis, nec de TRINITATE, quia hac sapientia per affectus desideriorum, non per meditationem pravam habet consurgere. Refert hic plane nihil cogitare de creaturis, nec de Angelis, nec de ipso DEO, quia ista sapientia & perfectio non generatur per subtilem meditationem, sed per desiderium & affectum voluntatis.

22. Perspicue magis loqui Sanctus non poterat, tu autem inquietabis Te & relinques orationem etiam, quod formare in ea discursum nequeas aut nescias, cum tamen habere possis bonam voluntatem, bonum desiderium & bonam intentionem? Si in pullis corvorum, relictis a suis genitoribus, qui, quod nigris eos

(2) *Myst. Theol. par. 2. q. un. p. 685.*

eos destitutos videant plumis, degenerasse eos existimant, operatur DEUS per clamorem ne pereant, quid faciet in animabus redemptis, quanquam nec loqui possint, nec discurrere, si credant, confidant & aperiant os versus cœlum, suam declaraturæ necessitatem. Certissimum est, divinam bonitatem ipsis prospicere, ac porrigere alimentum necessarium.

24. In aprico est, magnum id esse martyrium, nec parvum, DEI donum, animam sensibilibus, quos habebat, gustibus privatam in sola sancta fide incedere, per caliginosas & desertas perfectionis semitas, ad quam tamen perveniri nequit, nisi per molestum hoc, quanquam tutum omnino medium. Vide pro-

inde, ut firmo stes talo, nec retro agaris, quanquam in oratione discursus te deficiat: crede tunc firmiter, tace cum quiete, persevera patienter, si vis esse felix, & pertingere ad divinam unionem, ad eminentem quietem, & ad supremam pacem interiorum.

CAP. IV.

Non dolendum est anima, nec intermittere oratio, quanquam ariditate se videat circumdatam.

25. **S**Cias duos orationis modos esse. Primus est tener, deliciosus, amoris sensuumq; plenus; alter obscurus, aridus, inops solatii, tentatus & tenebricosus. Primus est inchoantium; secundus provectorum & ad perfectionem tendentium. Primum confert DEUS, ut animas lucretur;

tur; secundum ut eas purificet. Per primum agit cum iis tanquam cum puëris & miserabilibus: Per secundum agere incipit tanquam cum validis.

26. Prima illa via vocari potest vita animalis, & eorum est, qui vestigia devotionis sensibilis sequuntur, quam DEUS dare solet incipientibus, ut indocti (non acquiescant in illo parvo gustu, sed) ex eo (uti, quod animale est, gaudere solet objecto sensibili) deinde se dedant vitæ spirituali. Secunda audit vita hominum, & quidem eorum, qui de dulcedine sensibili minime solliciti, pugnant, bellumque gerunt contra proprias passiones, ut acquirant obtineantq; perfectionem. Id, quod est negotium vere humanum.

C § 27. Per-

27. Persuasum habeas, ariditatē esse instrumentum tui boni, quia nihil aliud est, quam defectus sensibilitatis, remora, quæ intervertit cursum omnium ferme spiritualium, facitque, ut etiā retro revertantur, ac orationem relinquunt, ut in compluribus apparet animabus, quæ tantum perseverant, quoad gustant consolationem sensibilem.

28. Scito DEUM uti velo ariditatum, ut nesciamus, quid in nobis operetur, eoque ipso humiliemur; quandoquidem si sentiremus ac cognosceremus, quid operetur in animabus nostris, paulatim ipsi nobis satisfaceremus & irreperet quidam fastus, ut cogitaremus, nos boni aliquid peregisse, jamque DEO nos admo-

mo-

modum vicinos crederemus: id, quod ad exitium nostrum vergeret.

29. Pro certo id in corde tuo stabilias, tolli antea debere omnem sensibilitatem, ut per viam interiorem incedas: quodque medium, quo DEUS utitur, non sit aliud, quam ariditates. Per has tollit etiam reflexionem aut intuitionem, qua anima intuetur id, quod agit: unicum impedimentum, quo minus ulterius procedat, ac DEUS se communicet ac operetur in ea.

30. Non te angat igitur, nec fructu te carere credas, si, a sacramento cœnæ aut ab oratione veniens, non multa sensa experiaris. Manifestus enim hic est error. Agricola seminat uno tempore, metit alio. Ita DEUS, ubi

62 MANUDUCT. SPIRITUAL.

opus fuerit, suoque tempore, te iuvabit ut resistas tentationibus, dabitque tibi tunc, quando minime de eo cogitas, sancta propofita, & efficaciora ipsi ferviendi desideria. Et ne intransverfum agaris vehementi suggestione, inimici, qui ex invidia persuadebit tibi, te nil efficere, ac perdere tempus, saltim ut intermittas orationem: declarabo tibi quosdam ex infinitis illis fructibus, quos anima tua ex ingentibus istis ariditatibus percipit.

31. Primus est, quod perseveres in oratione, e quo fructu multi nascuntur alii.

II. Experieris tædium rerum mundanarum, id quod paulatim extinguet mala vitæ præteritæ desideria, aliaque nova producet, colendi scilicet DEUM.

III. Ani-

III. Animadvertes complures defectus, quos antea non notaveras.

IV. Mali quid peracturus, intelliges quandam in corde tuo tibi suggeri admonitionem, quæ frænum tibi injiciat ne illud exequaris, & aliàs etiam ne loquaris, ne lamenteris, aut ne vindictam exerceas, ut prives te leviusculo quodam terræ gustu, aut refugas hanc vel illam occasionem, aut conversationem, quam antea frequentabas, admodum quietus, & sine omni admonitione aut stimulo conscientia.

V. Si lapsus fueris, ut homo fragilis, in levio rem aliquam culpam, senties in anima tua reprehensionem, quæ ultra modum te male habebit.

VI.

64 MANUDUCT. SPIRITUAL.

VI. Senties intra te desideria patiendi, faciendique voluntatem DEI.

VII. Propensionem ad virtutem, majoremque facilitatem vincendi te ipsam, ac superandi difficultates passionum, & inimicorum, quæ viam tibi impediunt.

VIII. Experieris magnam cognitionem, atque etiam confusionem tui ipsius, magnam DEI æstimationem supra omnes creaturas, contemptum creaturarum, ac firmum propositum non desistendi ab oratione, etsi non ignores oportere te crudelissimum perpeti martyrium.

IX. Senties majorem animæ pacem, amorem humilitatis & mortificationis: fiduciam in DEO, submissionem & alienationem ab

ab omnibus creaturis: Denique quotquot peccata omisisti, ex quo tempore exercuisti orationem, signa sunt, Dominum operari in anima tua, te autem id propter orationem aridam non cognoscere, & quanquam id non sentias quamdiu in illa versaris, suo tamen tempore & pro re nata senties.

32. Hi omnes & multi alii fructus sunt tanquam nova germina, quæ ex oratione nascuntur, quam intermittendam ducis, quia videtur tibi arida esse nec ejus apparere fructus, nec in ea te proficere. Constans esto, ac patienter perseverato; Nam, etiam si id non cognoscat, proficit tamen anima tua.

Agitur de eodem ac declaratur, quot sint modi devotionis, & quomodo sensibilis debeat contemni, quodque anima, quanquam in discursu non versetur, non sit otiosa.

33. **D**UO modi devotionis inveniuntur, primus essentialis & verus, alter accidentalis & sensibilis. Essentialis est promptitudo animi ab bene operandum (a) ad implenda præcepta divina, & faciendum quod ad DEI servitium pertinet, quanquam ob humanam fragilitatem executio non sequatur ex voto. (b) Hæc est vera devotio, quanquam in ea non sentiatur gustus, dulcedo, suavitas nec lachrymæ, &

(a) *S. Thom. 22. quæst. 82. art. 1.*

(b) *Svarez. tom. 2. de relig. l. 2. cap. 6. num. 16. & 18.*

& haberi etiam soleat cum tentationibus, ariditatibus, ac tenebris.

34. Devotio accidentalis & sensibilis est, quando bonis desiderii uniuntur delectatio cordis, teneritudo lachrymarum, aut alii affectus sensibiles. Hæc queri non debet, imo tutissimum est, voluntatem ab ea habere aversam, eamque contemnere. Non tantum enim esse solet periculosa, sed etiam magno obstaculo, quo minus progrediamur, ac promoveamur in via interiori: Ideoque amplecti solummodo debemus devotionem veram & essentialem (a) quam ut procuremus, in nostris semper est manibus, & si

(a) S. Bernb. *serm.* 1. *Nativ. Dom.* Suarez. *ibid.* Molinas. *de orac.* *ibid.* c. 6.

& , si quisque faciat ex sua parte
 a) quantum valet , acquirere
 eam divina adjutus gratia. Et
 hæc haberi potest cum DEO,
 cum CHRISTO, cum mysteriis,
 cum Virgine & cum Sanctis.

35. Putant quidam, cum acci-
 piunt devotionem, gustumque
 sensibilem, certissima ea esse
 favoris divini documenta, quæ
 tunc quidem jam tum posside-
 ant, totaque eorum vita nihil al-
 liud est, quam perpetua quæ-
 dam ad delicias istas anhelatio.
 Sed errant; Nihil enim est ali-
 ud, quam consolatio quædam
 naturæ, ac pura quædam refle-
 xio, qua anima intuetur id, quod
 agit, ac impedit, ne fiat aut fie-
 ri quicquam possit; nec vera lux
 obtineatur, neque ad viam per-

(a) S. Thom. & Molina ibid.

fe-

fectionis fiat progressus. Anima est purus spiritus, neque se sentit; ita actus etiam interiores ac voluntatis, utpote ab anima proficiscentes ac spirituales, non sunt sensibiles, unde anima non cognoscit an amet, raroque sentit etiam an opere-

36. Interri inde posset, devotionem illam ac gustum sensibilem non esse DEUM, nec spiritum, sed a natura provenire; te nihilominus spernere eam nihilique facere ac interea constanter in oratione perseverare, ac permittere te manductioni Domini debere. Is enim lucem dabit in ariditatibus, ac tenebris.

37. Non credas, cum arida es ac tenebricosa, in praesentia DEI, per fidem & silentium, te
ni-

nihil agere, perdere tempus & otiosam esse, cum solummodo ad DEUM non attendere, secundum S. Bernhardum (a) summum fit otium: *Otiosum est non vacare DEO, imo negotium negotiorum omnium hoc est, & alibi dicit, otium illud animæ esse negotium negotiorum de DEO: Hoc otium magnum est negotium.*

38. Nec dicendum, animam esse otiosam: quoniam, si vel maxime active non operetur, operatur in ea Spiritus S. Ac præterea ne est quidem absq; omni activitate, cum operetur, quam spiritualiter, simpliciter ac intime. Esse enim attentam ad DEUM, ac credere in ipsum, sequi interuas ejus inspirationes re-

(a) Tom. 5. in tract. de vit. solit. cap. 8.
pag. 90.

recipere divinas ejus influentias adorare ipsum in intimo suo centro, venerari eum pro voluntatis affectu, tollere tot ac tam phantasticas imaginationes, quæ tempore orationis occurrunt, ac vincere cum suavitate ac contemptu tot tentationes: sunt omnes veri actus, quanquam simplices ac totaliter spirituales, ac ferme imperceptibiles, ob insignem, qua eos producit anima, tranquillitatem.

CAP. VI.

Non debet anima inquietari, quod tenebris se videat circumdatam, quia illa sunt maxima felicitatis illius instrumenta.

39. **D**uo sunt tenebrarum genera: infelices scilicet & felices: Illæ sunt, quæ nascuntur

tur a peccato; suntque infelices, quod hominem ad æternum perferant præcipitium. Hæ sunt, quas DOMINUS in anima esse finit, ut fundetur, ac stabiliatur in virtute; & hæ sunt felices, quod illuminent animam, confirmant, majoremque ei lucem præbeant; quo tamen turbari ac commoveri non debes; aut desolatio desperare, quod obscuram te videas ac tenebricosam, judicans, DEUM tibi deesse ac lucē quoque illam, quam antea experiebaris: quin tibi tunc constanter perseverandum est in oratione, cum manifestum sit signum, DEUM velle te per misericordiam suam introducere in interiorem semitam, ac felicem Paradisi viam. O quam fortunata eris, si eam amplecteris pace ac resigna

gnatione, tanquam instrumentis perfectæ quietis, veræ lucis, omnisque boni tui spiritualis.

40. Scias igitur viam tenebrarum esse proficientium, perfectissimam, tutissimam ac rectissimam; cum in iis DOMINUS collocet thronum suum. (a) *Et posuit tenebras latibulum suum.* Per eas crescit atque augetur lumen supernaturale, quod DEUS in animam infundit. Mediis in tenebris gignitur sapientia, & amor validus. Per eas anima annihilatur, ac consumuntur species, quæ impediunt rectam divinæ veritatis intuitionem. Hoc medio introducit DEUS animam per viam internam in orationem quietis, ac perfectæ contemplationis, quam adeo pauci experiun-

D riu-

(a) *Psal. 18. v. 12.*

riuntur. Per eas denique purgat
DOMINUS sensus ac sensibili-
 tates, quæ viam mysticam impe-
 diunt.

41. Jam videas an amplecten-
 dæ, magniqve faciendæ tibi sint
 tenebræ? Id, quod mediis inte-
 nebris faciendum tibi est, nil
 aliud est, quam credere, qvod
 stes coram **DOMINO**, inque ejus
 præsentia; (id autem faciendum
 tibi est suavi quadam, quietaque
 attentione.) Nolle quicquam
 scire, nec quærere delicias, te-
 neritudines, aut sensibiles devo-
 tiones, nec aliud velle peragere
 quam divinum beneplacitum;
 quia alias in tota vita tua nil face-
 res, quam circulos, ac ne unum
 quidem passum ad perfectionem
 promoveres.

CAP. VII.

*Ut anima ad supremam pacem interiorem
pertingat, necesse est, ut DEUS eam
suo quoque purget modo, cum exer-
citia non sufficiant, nec mortificatio-
nes, quas ipsa propriis viribus susci-
pere potest.*

42. **Q**Uamprimum firmiter ti-
bi fuerit propositum,
mortificare sensus tuos exterior-
es; ut pergas ad altum perfe-
ctionis montem, ac unionem
cum DEO, Majestas ejus suam
admovebit manū, malas tuas in-
clinationes, appetitus inordina-
tos, vanam complacentiam, phi-
lantiam, aliaque occulta vitia,
quæ tu non cognoscis & regnant
ramen in intimo animæ tuæ, ac
impediunt divinam unionem
purgatura.

43. Nunquam pervenies ad

D 2

sta-

statum tam felicem, quamdiu fatigaris externis mortificationis ac resignationis exercitiis, donec interius DOMINUS hic te purget, teque suo exerceat modo, quandoquidem ipse solus novit, quomodo arcani purgari debeant defectus. Si perseveres constanter, nontantum te purgabit affectibus, & amore illo, quo adhæres bonis & naturalibus, & temporalibus, sed te purificabit etiam suo tempore supernaturalibus ac sublimibus, ut sunt communicationes internæ, raptus, ecstases interiores aliæque infusæ gratiæ, quibus fulcitur ac sustentatur anima.

44. Id omne DEUS in anima tua perficiet, mediante cruce & ariditatibus, cum tu libere ipsi das consensum mediante resig-
gna-

gnatione, incedens per desertas istas ac tenebricosas vias. Id unum tibi agendum est, ne facias quicquam ex sola & propria electione. Ita servabis optime, tuam libertatem, si facias id, quod tibi incumbit, te resignans cum quiete, quoties Dominus interius atque exterius te voluerit mortificare; quandoquidem unum hoc est medium, ut anima tua capax esse incipiat divinarum influentiarum (patiendi interea humiliter, quiete, ac patienter interiorum atque exteriorum tribulationem) non autem poenitentiae, exercitia, ac mortificationes, solae, & quicquid propriis viribus aggredi potes.

45. Agricola majoris facit herbas à se plantatas, quam reliquas, quas sola genuit natura.

quod istæ nunquam ad maturitatem pertingant. Eodem modo acceptior DEO virtus est, quam seminat ipse, inque animam infundit (dummodo habeat se quasi submersa in suo nihilo, quieta, tranquilla, quæque in centrum suum secesserit & propriam electionem fugiat) omnibus reliquis virtutibus quas sua electione propriisque viribus acquirendas tibi sumserit.

46. Juvat imprimis, cor tuum præparare tanquam chartam albam, in qua divina sapientia formare pro arbitrio characteres queat. O quantum hoc erit animæ tuæ opus, si continuet per horas integras orationem, muta, resignata, humilis, nihil agat, sciat nihil, nec quicquam velit intelligere.

CAP. VIII.

Ejusdem Argumenti.

47. **N**Ovo te exercebis conatu ac molimine, sed non eo modo quem hæctenus præscripsimus, ut consensum tuum ad recipiendas secretas ac divinas operationes conferas, teq; Domino huic erudiendū ac purificandum permittas, id quod unicū est medium, ut ignorantis tuis ac dissolutionibus munderis ac purgeris. Scias igitur, te submergi oportere in amaro quodam doloris angorumque interiorum ac externorum mari, quorum tormina penetrabunt in intimum animæ & corporis tui.

48. Experieris te a creaturis desereri, & ab iis quoque, quorum in benevolentia ac commiseratio-

tione maximam in angustiis tuis fiduciam collocaveras; excabuntur facultatum tuarum, torrentes, ne vel formare discursum, vel bonam de DEO habere cogitationem valeas. Cœlum tibi videbitur æneum, ut lucem ab eo nullam tibi pollicearis. Nec solabitur te recordatio, tantam lucis, devotæque consolationis pluviam præterito tempore in animam tuam fuisse immissam.

49. Persequentur te inimici invisibiles scrupulis, suggestionibus libidinosis, immundis cogitationibus, facibus impatientiæ, superbiæ, furoris, maledictionis, ac blasphema Nominis divini, Sacramentorum, sanctorumque mysteriorum usurpatione. Senties teporem magnum,

gnum, tædium, ac fastidium rerum divinarum; obscuritatem & obfuscationem in intellectu, pusillanimitatem, confusionem & angustiam cordis, frigus & languorem in voluntate ad resistendum, ut festuca tibi videatur trabs. Tanta erit derelictio tua, ut videatur tibi pro te non amplius esse DEUS, quodque te, omnis boni desiderii reddideris incapacem, unde quasi inter geminum conclusus murum, continua laborabis molestia & angustia, nec spem concipies ex tam tremenda oppressione evadendi.

50. Sed ne timeas: Nam id omne necessarium est, ad purgandam animam tuam eamque ad miseriæ suæ cognitionem perducendam, ut annihilationem.

D 5 omnium

omnium passionum & inordinatorum appetituum, quibus gaudebat antea, quasi manibus comprehendas. Denique quamdiu DOMINUS te non refrænat, ac purificat suo modo istis interioribus tormentis non projicies margaritam in mare, quamdiu ejus curam geris externis exercitiis tuis & mortificationibus; nec veram inde lucem habebis, neque progressum ad perfectionem facies; unde in principiis persistes, anima que tua non perveniet ad amabilem quietem ac supremam pacem interiorem.

CAP. IX.

Non debet inquietari anima; aut retro reverti in via spiritali, quanquam videat se tentationibus oppugnari.

51. Adeo

51. **A** Deo vilis, adeo superba, & adeo ambitiosa est propria nostra natura, adeoque sui appetitus & proprii iudicii ac opinionis plena est, ut nisi refrænaret eam tentatio nullo plane remedio a pernicie vindicari posset. D'OMINUS itaque commiseratione commotus, videns miseriam nostram ac perversam inclinationem, permittit, ut veniant multæ contra fidem cogitationes, horribiles tentationes, vehementes ac molestæ suggestiones impatientiæ, superbiæ, gulæ, luxuriæ, furoris, blasphemæ, maledictionis, desperationis, infinitæqve aliæ, ut nos ipsos cognoscamus & humiliemus. Horribilibus istis tentationibus humiliat infinita ejus bonitas nostram superbiam, por-

rigitque in iis saluberrimam medicinam.

52. *Omnia opera nostra quæquam bona* (ut dicit Esaias) (a) *sunt tanquam pannus maculatus*, ob maculas vanitatis, satisfactionis, & amoris proprii. Neesse est, ut purificentur igne tribulationis, ut sint munda, pura, oculisque divinis perfecte grata.

53. Propterea DOMINUS purificat animam, quam ipse vocat, & sibi propriam esse cupit, furdamentationis lima. Illa expolit eam a ferrugine superbiæ, avaritiæ, vanitatis, ambitionis, præsumptionis ac philautiæ. Ea humiliat quoque eandem, tranquillat, exercet, facitque, ut propriam cognoscat miseriam. Per eam purificat, ac ipoliat cor, ut
omnia,

(a) cap. 64. 6.

omnia, quæ facit, opera sint
pura, & inæstimabilis valoris.

54. Multæ animæ cum gravissima illa patiuntur tormenta, turbantur, anguntur & inquietantur, videnturque sibi jamtum in hac vita sentire initium aliquod æternarum castigationum; si autem ex impatientia Confessorem conveniant, qui experientia destituitur, ille, tantum abest, ut solatio eas erigat, ut magis relinqvat confusas & intricatas.

55. Credere necesse est, ne perdas pacem interiorem, esse subtilitatem quandam misericordiæ divinæ, quando ita te humiliat, affligit, exercet; quoniam hoc medio pervenit anima ad profundam sui ipsius cognitionem, judicans se esse pessimam,

D 7

quam

quam maxime impiam & abominabilem in tota terra; unde humilis, submissa, ac se ipsam abominans in vita redditur. Quam felices forent animæ, si, quietæ, crederent, omnes istas tentationes a Diabolo quidem habere originem, a divina vero manu reqviri, ut in spiritualibus ipsæ non nihil lucri atque utilitatis inde percipiant.

56. Dices autem, non esse opus dæmonii si per creaturas molestiam tibi exhibeat, sed a culpa ac malitia proximi provenire, qui gravis tibi fuerit, ac in te injurius. Scito aliam hanc esse, subtilem & occultam tentationem; quoniam, etiamsi DEUS nolit alterius peccatum, intendit tamen in te effectum suum ac laborem, qui tibi ex alterius cul-

culpa nascitur, ut te videas obtinuisse patientiæ beneficium.

57. Si accipias ab homine quodam injuriam, duæ sunt ejus causæ, peccatum ejus, qui eam tibi infert, ac molestia quam tu pateris; peccatum est contra DEI voluntatem, ipsiqve displicet, etsi permittat; molestia est voluntati ejus conformis, vultque eam tui commodi gratia, unde eam tanquam ab ipsius manu debes accipere. Passio & mors CHRISTI DOMINI nostri erant effectus malitiæ & peccatorum Pilato, certum autem est, DEUM voluisse mortem filii sui, ut nobis esset remedium.

58. En quam utatur DOMINUS alterius culpa ad animæ tuæ commodum! O magnitudinem divinæ sapientiæ? Quis poterit in-

in-

investigare abyssum secretorum
vestrorum, mediæque extraor-
dinaria, & obscuras semitas, per
quas ducit animam, quam vult
purgare, transformare, ac dei-
ficare.

CAP. X.

Ejusdem Argumenti.

§9 **U**T anima sit habitatio Re-
gis cœlestis, necesse est,
ut sit pura, & absque omni ma-
cularum genere. Propterea
DOMINUS eam purificat, tan-
quam aurum, igne horribilis ac
gravissimæ tentationis. Certum
est nunquam amare animam,
nec credere unquam magis,
quam ubi in istis versatur tenta-
tionibus, iisque affligitur ac fati-
gatur, quandoquidem illa du-
bia, illi timores, qui eam cir-
cumdant; seu credat, seu non
cre-

credat; seu consentiat, seu non consentiat; nihil sunt aliud quam subtilitates amoris.

60. Effectus, qui in ea remanent, idem evidenter indicant, qui plerumque sunt, nausea sui ipsius conjuncta cum profundissima magnitudinis ac omnipotentiae divinae cognitione; magna in DOMINO fiducia, quod ab eo debeat omni liberari damno & periculo; conjuncta cum multo majori vigore fidei, credentis ac confidentis, DEUM esse illum cui eas debeat vires ad sustinentationum istarum tormina, cum impossibile foret natura vel per unum horae quadrantem illis resistere, tanta cum vehementia, ut interdum fieri solet, prementibus.

61. Cognoscere itaque debes
maxi-

maximam felicitatem tuam, esse
tentationem; unde, quo magis
te stringet, eo magis ea gaude-
bis potius cum pace, quam an-
geris, DEOQUE, pro beneficio,
in te collato, gratias ages. Re-
medium quod adhibendum Tibi
est in omnibus istis tentationi-
bus, & abominandis cogitationi-
bus; est tranquillo contemptu &
quieta dissimulatione eas rejice-
re, quoniam nil est, quod dæ-
monem, utpote superbum, ma-
gis angat, quam contemptus, &
cum videt, neque se ipsum, ne-
que id quod memoriæ suggerit,
aliquo loco haberi. Itaque cum
eo sic agere debes, ac si non id
sentires, ac persistere in pace,
tua absque perturbatione, mul-
tisque discursibus ac responsio-
nibus, cum nil sit periculosius
quam

quam invadere ipsum rationibus, quibus nos tam cito potest circumvenire.

62. Sancti ut ad suam pervenirent Sanctitatem, per molestum hoc tentationis medium, iverunt, & quo facti sunt Sanctiores, eo majoribus obnoxii fuerunt tentationibus. Imo postquam jam pervenerunt ad ipsam Sanctitatem ac perfectionem, permittit DOMINUS, ut tententur strenuis tentationibus, ut eo major sit ipsorum corona, ac reprimatur in ipsis spiritus vanitatis, vel saltem ne ejus ingressui concedatur locus, retinens eos ita tutos, humiliatos, ac de statu, in quo versantur, sollicitos.

63. Scias tandem maximam esse tentationem, esse absque tentatione; ideoque gaudendum

dum

dum tibi est, quando ea te invadit, ac resistendum in pace, constantia, ac resignatione, quandoquidem, si vis servire DEO; & ad altam pacis interioris regionem pertingere, incedere debes per molestam hanc tentationis semitam; gravibus hisce armis indui; in hoc crudeli & abominando bello dimicare, ac ardenti hoc igne expoliri, purgari, renoyari ac purificari.

CAP. XI.

Declaratur quid sit recollectio interior, & quomodo gerere se debeat anima in ea ipsa, ac in bello spirituali, quo diabolus eam in illa hora turbare nititur.

64. **R**Ecollectio interior est fides & silentium in præsencia DEI. Inde debes habitum ac-

acquirere, recolligendi te in ejus præsentia, amantissima quadam attentione, ut qui se DEO dedat, & cum eo uniat cum reverentia, humilitate ac submissione, intuens ipsum intra te in intimo animæ tuæ, sine forma, specie, modo aut figura; intuitione ac generali notitia fidei amoris plenæ, & obscuræ, absq; ulla distinctione perfectionis vel attributi.

65. Ibi stabis in attentione ac intuitione sincera, in advertentia tranquilla, plenaqve amoris erga ipsum DOMINUM, resignans te & manibus ejus permittens, ut constituat, ordinetque de te secundum beneplacitum suum, te ipsum autem non animadvertens, ac multo minus ipsam perfectionem. Ibi occludes sensus, DEO committens curam, omnis
bo-

boni tui, cum solitudine quadam, ac omnimoda oblivione omnium rerum hujus vitæ. Tandem fidem oportet esse puram absque imaginibus ac specie; simplicem absque discursibus, & universalem absque reflexione rerum distinctarum.

66. Oratio recollectionis interioris repræsentatur lucta illa quam Scriptura S. dicit per totam noctem fuisse inter Angelum & Patriarcham Jacobum, donec oriretur lux DEI, & hunc ille benediceret. Perseverandum enim est animæ, & luctandum cum difficultatibus, quas in interiore recollectione sentiet, nec desistendum donec Sol interioris luminis oriatur, ac Dominus benedictionem suam illi impertiat.

67. Quam-

67. Quamprimum te in via hac interiore DEO tuo addixeris, totus infernus conspirabit contra te, cum unica animæ quæ interiorius ad ejus præsentiam se recepit, gravius inimicis bellum inferat, quam mille aliæ, exterius ambulantes. Norunt enim infinitū animæ internæ lucrum.

68. Majoris faciet DEUS tempore recollectionis, pacem ac resignationem animæ tuæ, conjunctam cum varietate cogitationum intempestivarum, importunarum ac turpium, quam si bona habeas proposita, ac sensus tui magnopere afficiantur. Proprium conatum, quo resistere niteris cogitationibus, scias impedimento tibi fore animamque tuam inquietiorem, relicturum. Tua præcipuè inter-

ter-

terest, ut cum svavitate eas spernas, miseriam tuam cognoscas, DEOQUE tranquille molestiam offeras.

69. Qvanquam evadere cogitationum molestia nequeas, nec sentias lumen, solatium, aut spiritualia sensa, noli angi propterea, nec relinquere recollectionem, cum sint artes inimici: resigna te tunc fortiter, suffer patienter, & persevera in ejus præsentia; nam, quando hac ratione persistes, interius anima tua proficiet.

70. Crederes, quando æque arida es in fine orationis, quam in principio, defectum esse præparationis, teque nullum inde percipere fructum. Error est: Nam fructus veræ orationis non consistit in eo, ut gustes lucem
ha-

habeasque notitiam rerum spiri-
tualium, cum hæ etiam in in-
tellectu speculativo, vera virtute
& perfectione destituito, inveniri
possint. Consistit tantum in eo,
ut sufferas patienter & perseve-
res in fide ac silentio, ac persuasa,
quod sis in præsentia DOMINI,
reicias in ipsum cor tuum cum
quiete ac puritate mentis: Nam
quamdiu in hoc modo perseve-
rabis, habebis unicam illam præ-
parationem ac dispositionem,
quæ eo tempore tibi est necessa-
ria, ac fructum percipies infi-
nitum.

71. Bellum in hac interna re-
collectione est frequentissimum.
Ex una parte privabit te DEUS
sensibilitate, ut te probet, humi-
liet ac purget; Ex altera te inva-
dent inimici invisibiles continuis
E sug-

suggestionibus, ut te inquietent ac disturbent. Natura ipsa similiter te excruciat, cum ea semper sit spiritus inimica, quæ gustibus sensibilibus privata, debilis manet, melancholica, tædii-que plena, adeo ut sentiat infernum in omnibus exercitiis suis spiritualibus, orationis in primis, unde mirum quantum eam angit desiderium eam finiendi, ob molestiam cogitationum, lassitudinem corporis, somnum importunum, quodque sensus refrænare nequeat, quorum quisque, quantum in se est, sequi mallet gustus suos. Fortunatum te, si in medio hoc martyrio perseveres.

72. Comprobat id omne celesti doctrina sua magna illa Doctrina orissa, ac mystica Magistra.

S. Te.

S. Teresia (a) in epistola, quam ad Episcopum Osmensem scripsit, ut eum instrueret, quomodo se gerere deberet in oratione ac in varietate importunarum cogitationum, quæ in hora illa eum invaderent, ubi dicit: *Necesse est sufferre importunitatem, multitudinis cogitationum, & imaginationum importunarum, & impetus motuum naturalium; tam anima propter ariditatem, ac unionis solutionem, quam habet; quam corporis, ob defectum submissionis, quam spiritui debet.*

73. Vocantur istæ ariditates spiritualium, sed quæ sunt utilissimæ illis, qui amplectuntur eas ac sufferunt patienter. Si quis operam det, ut eas haud ægre sufferre discat, infinitam ex hoc

E 2 la-

(a) 8. in epist. libro.

labore utilitatem capiet. Certum est, in recollectione diabolus multo sævius animam oppugnare cogitationibus, ut quietem ejus disturbet, ac removeat eam & abalienata dulcissima illa ac tutissima conversatione interiori, immittens ipsi horrorem ut eam deferat, anima se sæpissime eo referente non aliter, quam si ad rigorosissimum raperetur tormentum.

74. *Cum id intelligunt (dicit in allegata epistola Sancta) aves, hoc est demones, pungunt, vexantque animam imaginationibus, & importunis cogitationibus & inquietudinibus, quas in ea hora affert demonium, transferens cogitationem & convertens ab una parte ad alteram, & quasi a tergo cogitationis penetrat ad cor, nec minimus est orationis fructus*

Etus, sufferre molestias istas ac importunitates patienter. Hoc nil aliud est quam offerre se in holocausto, i. e. totum sacrificium igne absumitur, nec ejus pars ulla servatur. En quantopere animet cœlestis illa Magistra ad sufferendas, ac patiendas cogitationes, ac tentationes, quoniam geminam afferunt utilitatem, si quis iis non assentiatur.

75. *Qvo magis te exercebis in rejiciendis cum suavitate vanis illis cogitationibus, eo majoribus coronis cinget caput tuum DOMINUS, & quanquam videaris tibi nil agere, depone errorem. Nam admodum placet DOMINO bonum in oratione desiderium cum firmitate stabilitate constantia conjunctum.*

76. *Hac enim in re versari (concludit Sancta) nilque inde perci-*

pere fructus, non est temporis jactura, sed magnum lucrum, quoniam laboratur absque proprio commodo & tantum ad gloriam DEI; & quanquam videatur fatigatio varia & inutilis; non ita se habet, sed evenit idem filiis, qui laborant in villis Patrum suorum, quanquam enim vesperi non recipiant mercedem diei, anno tamen exacto fruuntur omnibus. Vide jam, quam comprobet Sancta pretiosa doctrina sua ea, quæ nos dedimus, præcepta.

CAP. XII.

Ejusdem argumenti.

77. **D**EUS non amat eum qui plurimum agit, plurimum sentit, & maximum, monstrat affectum, sed qui plus patitur, si oret cum fide ac reverentia, credens, se in divina

vina consistere præsentia. Verissimum est; Auferre animæ orationem sensuum ac naturæ, rigorosum esse martyrium, sed DOMINUS gaudet ac lætatur in pace illa, cum ita est quieta & resignata. Eo tempore non utaris oratione vocali, quoniam quantumvis etiam bona in se sit ac sancta, manifestum tamen est, esse tentationem, si tunc usurpetur, ac quærit per eam inimicus, ut DEUS ad cor non loquatur, sub prætextu, quod sensus tui non afficiantur ac tempus perdas. Non spectat DEUS multa verba, sed finem, an is sit purificatus. Maxime sibi satisfactum, suamque gloriam maxime tunc promotam, ducit, cum videt animam in silentio, desiderii plenam, hu-

milem, quietam & resignatam.
Ambula, persevera, ora & tace.
Nam ubi non invenies sensum,
invenies portam ut introeas in
tuum nihilum, cognoscens
quod nihil sis, nihil valeas nec ha-
beas bonam cogitationem ullam.

79. Quot ingressi sunt felicem
hanc orationis ac recollectionis
interioris praxin, & ab ea ite-
rum destiterunt, obtendentes,
se non sentire gustum, perdere
tempus, cogitationibus pertur-
bari, hoc orationis genus pro
ipsis non esse; quia enim nul-
lum DEI sensum inveniant, se
nec posse discurrere, sed tan-
tum credere, tacere & habere
patientiam. Id omne nihil est
aliud, quam quod ex ingrati-
tudinē venentur gustus sensibiles
& amore proprio abrepti quæ-
rant

rant seipsos, non DEUM, quod grave sit, aliquantum sufferre molestiæ ac ariditatis, nullo ad damnum, quod faciunt, habito respectu, dum pro minimo actu reverentiæ erga DEUM, media in ariditate, accipere possent æternum præmium.

80. Dixit DOMINIS venerabili Matri Franciscæ Lopez Valenziensi, Sanctimoniali Ordinis tertii S. Francisci, tria, quæ recollectioni interiori magnum lumen accendant. Primo, quadrantem horæ orationi insumtum cum recollectione sensuum, ac facultatum animi, & cum resignatione, & humilitate plus juvare animam, quam quinque dies qui consumantur in exercitiis pœnalibus cicliciorum disciplinarum, jejuniorum ac dormitionis super asses; cum bis omnibus corpus affligatur, re-

collectione autem purificetur anima.

81. Secundo magis placere divina Majestati, si quis una saltem hora ipsi det animam inquietam ac devotam orationem, quam si magnas instituat peregrinationes, quandoquidem oratione iuvat se pariter, & eos pro quibus orat; magna DEO est voluptati ac meretur magnum gloria gradum; in peregrinatione autem plerumque distrabitur anima, evagantur sensus ac debilitatur virtus, reliqua pericula ut taceantur.

82. Tertio orationem continuam esse, si quis corde semper ad DEUM directo sit, animamque, ut sit interior, debere potius ambulare cum affectu voluntatis, quam cum defati-

fatigatione intellectus. Hac omnia leguntur in ejus vita. (a)

83. Quo magis gaudet anima amore sensibili, eo minus gaudet in ea DEUS, & contra, quo minus gaudet anima amore isto sensibili, eo magis gaudet DEUS in ipsa. Ac scias, in Deum defigere voluntatem, repulsis cogitationibus ac tentationibus, in maxima, qua fieri potest quiete, sublimem orandi modum esse.

84. Finem huic capiti imponam, cum te liberavero communi eorum errore, qui dicunt, in interiori hac recollectione, aut oratione quietis non operari facultates, animamque esse otiosam absque ulla activitate.

E 6 Ma-

(a) Tom. 2. Chron. S. Job. Bapt Religios. Francisc. ex calc., fol. 687.

Manifestus hic eorum error est, qui parum sunt experti; quandoquidem, etsi non operetur per memoriam, nec per secundam intellectus operationem, quæ est iudicium; nec per tertiam, quæ est discursus; operatur tamen per primam ac principem intellectus operationem, nempe per simplicem apprehensionem, sancta fide illuminatam, & adjutam Spiritus S. donis. Ac voluntas attendit potius continuationi unius actus, quam multiplicationi plurium, etsi tam actus intellectus, quam voluntatis sint simplices, imperceptibiles ac spirituales, adeo ut eos vix cognoscat anima, multo minus autem ad eos reflectat, eosque intueatur.

*Quid agendum sit anima in recollectione
interiori.*

85. **I**Ta accedere debes ad orationem, ut totum te divinis committas manibus cum perfecta resignatione, actum faciens fidei, credens, quod in divina te sis præsentia, permanens deinde in sancto illo otio cum quiete, silentio & requie; ac procurans denique ut contines toto die, toto anno, totaque vita primum illum contemperationis actum per fidem & amorem.

86. Nil attinet multiplicare istos actus, aut repetere sensibiles affectus. Impediunt enim puritatem actus spiritualis ac perfecti, qui est voluntatis: cum suavia illa sensa non tantum sint

imperfecta (ob reflexionem, qua fiunt, ob satisfactionem propriam seu oblectationem in proprio facto, ac consolationem exteriorem, qua quæruntur, anima foris evagante ad exteriores facultates,) sed nec opus sit eos actus renovare, ut optime dixit mysticus Falconi in sequenti similitudine.

87. *Si amico daretur margarita quaedam, semel tantum ipsi traderetur, non autem ejus donatio quotidie quasi repeti deberet, ac dici (DOMINE, dono tibi do hanc margaritam, DOMINE, dono tibi do hanc margaritam) sed relinquitur amico, & non iterum aufertur; nam dum non aufert, nec auferre desiderat, semper alteri eam dono dedit.*

88. Eodem modo: facta semel dedicatione ac resignatione
amo-

amoris plena in voluntatem divinam; non alia re opus est, quam continuatione. Non autem repeti debent novi ac sensibiles actus, dummodo non auferas ipsi margaritam semel traditam, commisso gravi quodam contra divinam ejus voluntatem peccato; quanquam foris te exerceas in operibus externis tuæ vocationis, ac conditionis: in iis enim perficis voluntatem divinam, ac ambulas in continua & virtuali oratione. (a) *Semper orat, (dicit Theophylactus) qui bona agit, nec orare intermittit, nisi cum intermittit esse justus.*

89. Spernere igitur debes omnes istas sensibilitates, ut anima tua stabiliatur & acquirat habitum interiorem recollectionis, qui

(a) *Sup. cap. 5. ad Thess.*

qui tantæ est efficaciam, ut solum propositum ad orationem accedendi excitet vivam Dei præsentiam, quæ est præparatio orationis jamjam futuræ; vel, ut clarius dicatur, nil aliud est, quam efficax orationis continuæ continuatio, in qua stabiliri debet. Contemplativus.

90. Quam bene hanc lectionem exercuit venerabilis mater de Cantal filia spiritualis S. Francisci Salesii, ac Fundatrix Ordinis Visitationis in Gallia, in cujus vita fol. 29. inveniuntur sequentia, quæ ad Magistrum suum scripsit, verba: *Clarissime Pater! Non amplius ego sentio totalem illam deditioem ac dulcissimam illam confidentiam, quin imo ne ullum quidem ejus actum elicere queo. Id equidem verum est, quod*

quod ille virtutes solidiores firmioresque mihi videantur, quam unquam alias; spiritus meus in intimo maxime fundo suo habet se in simplicissima quadam unitate, non unit se tamen, quia cum producere vult actus unionis (producit autem sapius) certis temporibus sentit violentiam, ac clare videt, quod non possit se unire, sed malit esse unitus. Optaret anima, ut hac unione uti sibi liceret ad obeundum exercitium matutinum, & sancta missa, ad preparandum se ad communionem, ad agendas gratias, pro omnibus beneficiis, denique omnibus in rebus vellet tantummodo persistere in illa simplicissima unitate spiritus, nec alioquin obtutum vertere (a). Responsum ad hæc omnia Sanctus Magister, id approbat eamque ad continuationem-

(a) In vita eius fol. 95. lib. 3. c. 3.

nem ita inducit, ut in memoriam simul ipsi revocet, quod requies DEI subsistat in pace.

91. Alia vice hæc verba ad eundem Sanctum perscripsit: *Cum moverem me ad faciendos actus simplici intuitione mea, totali resignatione, & annihilatione in DEO specialiores, divina ejus bonitas me reprehendit, & cognoscendum dedit, id non nisi ex amore mei ipsius provenire, meque eo ipso animam meam offendere.*

92. Errorem itaque deponas, & cognoscas quis sit perfectus, ac spiritualis orandi modus, ac perdiscas inde, quid agendum tibi sit in interiori recollectione, sciasque, quod conducat, ad obtinendam amoris perfectionem, ac puritatem, si abrum-patur quasi multiplicatio sensibi.

bilium & ferventium actuum, anima manente quieta, & interni illius silentii requie. Cum teneritudo, dulcedo ac svavia sensa, quæ anima in voluntate percipit, non sint purus spiritus, sed actus cum sensibilitate naturæ permixtus. Amor in iis perfectus est, sed gustus, sensibilis, qui distrahit animam, eique nocet, ut dixit DOMINUS venerabili Matri Cantaliensi.

93. Quam felix erit anima tua, & quam bene applicata, si in seipsam intimius intromissa, persistat in suo nihilo ibique in centro, ac in parte superiore, non advertens quid agat; an sit recollecta nec ne; Bene, an male ambulet; operetur, an non operetur; nec observans nec cogitans, nec attendens ul-

li

li rei sensibili. Credit tunc intellectus actu puro & amat voluntas amore perfecto, absque ullo impedimenti genere, imitans actum illum purum & continuatum contemplationis & amoris, quem Sancti habere dicunt Beatos in cœlo, sine differentia alia, quam quod illi a facie ad faciem eum ibi sint visuri, hic anima sub velo fidei obscuræ.

94. Quam paucæ animæ pertingunt ad perfectum istum orandi modum, quod non fatis penetrent in cognitionem æternæ hujus recollectionis ac silentium mysticum, quodque non spolient se imperfecta reflexione, gustuque sensibili! O utinam anima tua se totam exponeret prædæ, absque sollicita & cogitabunda, ne sui ipsius qui-

quidem, advertentia, sancto illi ac spirituali otio, diceretque cum S. Augustino: *Sileat anima mea & transeat se, non se cogitando.* (a) Taceat, & nil agere velit, nec cogitare de re ulla, anima mea, obliviscatur sui ipsius, & submergat se in fide hac obscura. Quam tuta, quam salva foret, quanquam videretur sibi esse in nihilo, ac perditam.

95. In hac doctrina coronidis loco fit epistola, quam scripsit illuminata mater de Cantal ad insignem aliquam DEI servam (b) *Concedebat mihi divina bonitas (dicit illa) hunc orationis modum, ut simplici quadam DEI intuitione sentirem me totam ipsi dicatam, in ipso*
ab-

(a) *Confess. l. 9. c. 10. p. 59. conf. 2.*

(b) *In vita ejus l. 3. cap. 89. fol. 289.*

absorptam, & quiescentem. Continuabat mihi semper hanc gratiam, quanquam per meam infidelitatem me opponerem, locum concedens timori, ac credens me esse inutilem in hoc statu; quamobcausam, cum ego ex mea parte agere aliquid vellem, omnia perdebam, & impresentiarum etiam eodem me interdum oppugnari video timore, quanquam non tam in oratione, quam in reliquis exercitiis, in quibus semper nonnihil operaturus, actus elicio, quanquam probe cognoscam, quod e centro meo exeam dum eos elicio, ac specialiter videam, simplicem hanc DEI intuitionem, esse adhuc unicum meum remedium & adjumentum in omnibus meis laboribus, tentationibus, vitæque hujus casibus variis.

96. Et profecto, si sequi vellem impulsum meum internum, non alio

ute.

uterer medio in omnibus rebus, nulla plane excepta; nam quando animam meam actibus, discursibus & resignationibus confirmare ac corroborare cogito, tunc me dispono ad novas tentationes & angustias. Ac propterea id peragere nequeo absque insigni violentia, quae me in sicco relinquit, unde necesse mihi est, reverti celeriter ad simplicem hanc resignationem, cognoscens, DEUM eo pacto mihi ostendere, se velle ut penitus impediatur anima mea operationes, cum divina ejus activitas totam operationem sibi vindicare mallet. Et fortasse non requirit a me aliud, quam simplicem hanc intuitionem in omnibus exercitiis spiritualibus, in omnibus molestis, tentationibus & afflictionibus, quae in hac vita obtingere mihi possunt. Et verum est, quod eo mihi omnia succedant melius, omnesque afflictiones
meae

mea magis evanescent subito, quo magis spiritum meum hoc medio teno quietum. Et Beatus meus Pater S. Franciscus Salesius id mihi saepe numero affirmavit.

97. Nostra defuncta mater, Superior (a) me incitabat, ut persisterem immote in hac via, nec quicquam timerens in hac simplici DEI intuitione: dicebat mihi, id sufficere, quoque sit major nuditas & quies in DEO, eo inde majorem suavitatem ac vires accipere animam, cui curandum est, ut sit tam pura ac simplex, ut nullum aliud habeat fulcrum, quam in DEO solo.

98. Memini occasione hujus discursus, paucis abhinc diebus DEUM mihi communicare lucem, qua ita mihi imprimebatur, ut absque velo ipsum intueri mihi viderer. Erat autem

(a) Fuit Mater Maria Castoliensis.

tem illa lux, quod ego non debeam,
 unquam observare meipsam, sed quod
 oclusis incedere debeam oculis, ama-
 to meo innixa, nec cupida viden-
 di aut sciendi viam, per quam me
 ducit, nec cogitans de re ulla, nec
 requirens ab ipso gratias seu dona gra-
 tiosa, sed sincere persistens, tota
 perdita & in ipso quiescens. Hacten-
 us mystica illa & illuminata Ma-
 gistra, cujus verbis nostra doctri-
 na confirmatur.

CAP. XIV.

Declaratur, quomodo anima in presentia
 DEI constituta cum perfecta resigna-
 tione, per actum fidei purum, incedat
 semper in virtuali & acquisita
 Contemplatione.

99. **D**ices mihi (uti jam multæ
 mihi dixerunt animæ)
 quod, ubi te ipsam DEO tradide-
 ris

F ris

ris cum perfecta resignatione, mediante actu fidei puro jam indicato: non merearis neq; proficias, cum cogitatio ita evagetur, ut in DEŭ defixa manere nequeat

100. Non desperes de desolatio; Neque enim perdis tempus, nec meritum, multo minus autem intermittis orationem, qvanquam non sit necessarium, ut omni illo recollectionis tempore, actualiter de DEO cogites: sufficit sub principio attentionē habuisse, modo nō a proposito desistas, nec revoces actualē intentionē, quam habueras. Ut ille qui auscultat missam, ac recitat officium divinun, adimplet optime quod est muneris sui, virtute primæ illius actualis intentionis, qvanquam postea non perseveret, ac cogitatio-

tionem actualiter in DEUM defixam teneat.

101. Ita affirmat sequentibus verbis Angelicus Doctor S. Thomas (a) *Ille sola orantis prima intentio & cogitatio de DEO valorem ac vim habet ut toto reliquo tempore sit vera oratio impetratoria & meritoria, quanquam omni illo tempore, quo durat oratio, non adsit actualis DEI consideratio.* Jam vide an Sanctus clarius & ad nostrum scopum accommodatius loqui possit.

102. Atque adeo semper durat oratio (ut idem Sanctus dicit) quanquam imaginatio infinitis circumvagetur cogitationibus, modo eas nolit, nec locum iis relinquat nec orationem intermitat, nec mutet primam intentionem

F 2 nem

(a) 2. quest. 82. art. 13. ad 1.

nem sistendi se coram DEO. Ac certum est, quod eam non mutet, quamdiu iis locum non relinquit. Unde recte infertur, quod perseveret in oratione, quanquam facultas imaginativa variis ac involuntariis cogitationibus circumvagetur. In spiritu & veritate (dicit Sanctus loco antea citato) orat. ille, qui ad orationem accedit cum spiritu & intentione orandi quanquam postea suam ob debilitatem & miseriam cogitatione evagetur. *Evagatio vero mentis, quæ fit præter propositum, orationis fructum non tollit.*

103. Sed dices mihi, te illo minimum tempore, quo coram DEO consistis, non in memoriam revocare, aut crebrius repetere debere illa verba; **DOMI-
NE**

NE tu es in me & vellem ego me totam tibi tradere. Respondeo, necesse non esse, sed, quoniam voluntatem habes, orationem faciendi, & hunc in finem in illum locum te recepisti, fides & intentio tibi sufficit, & illæ semper perseverant, & quo simplicior est illa memoria absque verbis & discursibus, eo est purior, spiritualior, interior, Deoque dignior.

104. An non foret inconveniens, ac modicæ signum reverentiæ, si stans coram Rege, iteratis vicibus ipsi diceres: DOMINE, credo quod hic sit *Majestas vestra*. Id ipsum hic quoque contingit. Oculo puræ fidei anima videt DEUM, in eum credit, ac in ejus consistit præsentia, atque adeo, quando credit anima, nil atti-

net dicere : *Mi DEUS, hic es;* sed credere necesse est; uti credit, cum, tempore orationis adventante, fides ac intentio eam comitantur ac perducunt ad contemplationem DEI per puram fidem, & perfectam resignationem.

102. Adeoque, quamdiu non retractas illam fidem, & intentionem in resignatione persistendi, incedas semper in fide, & resignatione & consequenter in oratione, & in virtuali & acquisita contemplatione, quamquam id non sentias, nec in memoria tibi versetur, aut novos actus & reflexionem elicias. Quemadmodum Christianus, nupta, & monachus, etiam si non constituent novos actus
aut

aut recordentur, hic suæ pro-
 fessionis, dicens: Ego sum Mo-
 nachus; ista matrimonii, dicens:
 Ego sum nupta; ille baptisimi,
 dicens: Ego sum Christianus;
 non tamen propterea vel hic de-
 finit esse baptizatus, vel ista nu-
 pta, vel ille monachus. Chri-
 stiano tantum incumbit, ut fa-
 ciat bona opera ad probandam
 fidem suam, utque credat re,
 magis quam verbis; nupta o-
 stendere debet fidem, quam ma-
 rito promisit, ac monachus obe-
 dientiam, quam in manibus su-
 perioris sui professus est.

106. Eodem modo anima,
 interior, cum semel animum in-
 duxit credere quod DEUS in ipsa
 sit, seque nec velle nec operari,
 nisi propter DEUM, hac fide &
 intentione contenta esse debet

in omnibus operibus suis & exercitiis, nec formare, aut repetere novos actus illius fidei, & ejusmodi resignationis.

CAP. XV.

Ejusdem Argumenti.

107. **V**Era hæc doctrina non tantum inservit tempori orationis, sed etiam post eam noctu, interdiu, omnibusque horis, inque omnibus exercitiis quotidianæ tuæ vocationis, tuique muneris ac status. Si autem dices mihi, te sæpius per diem non meminisse hujus resignationis, nec eam renovare; Respondeo; etiamsi tibi videaris, ab ea recedere, cum vacas quotidianis officii tui occupationibus, quales sunt studere, legere, prædicare, comedere, bibere, ne-

gotiari aliæque similes actiones; erras tamen, cum per has ab illa non exeas, nec intermittas perficere voluntatem divinam, ac incedere in virtuali oratione, ut dicit S. Thomas.

108. Nam omnes hæ occupationes non sunt contra ipsius voluntatem, nec contra tuam resignationem, cum certum sit, DEUM velle ut edas, studeas, labores, negotieris &c. Unde si vel maxime vaces illis exercitiis, quæ ipsius voluntati, gustuique sunt conformia, tamen nec ab ipsius præsentia, nec a tua resignatione dimoveris.

109. Si autem in oratione aut extra eam diverteres te ac distraheres voluntarie præsentique animo, passione quadam abreptus; tunc bene tibi consules si

ad DEUM te revolvās, & ad divi-
nam ejus præsentiam, renovans
pulum fidei & resignationis
actum. Non necesse tamen est,
ut actus hosce instituas, quando
es in ariditate. Ariditas enim
bona & sancta est, nec potest ani-
mæ, utcunque rigorosa, auf-
ferre divinam præsentiam, quæ
consistit in fide stabilita. Nun-
quam ariditatem vocare debes
distractionem, cum in incipien-
tibus sit defectus sensibilitatis, in
provehentioribus abstractio, qua
mediante, si constanter eam
amplectaris, quieta in tuo nihilo
consistens, interior fiet anima
tua & mirabilia in ea DOMINUS
operabitur.

III. Procura igitur ne finita
oratione, donec ad eam rever-
taris, distraharis ac divertaris;
sed

sed ut incedas, resignata totaliter in divinā voluntatē, ut fruatur in te ac destruat, pro divino beneplacito suo, tuque fiduciam in eo, tanquam amantissimo Patre, colloques. Ne revoces unquam hanc intentionem, & quanquam te applices ad perficienda ea, quæ sunt tui, in quo DEUS te collocavit, status, semper persistes in oratione in præsentia DEI & in perpetua resignatione. Nihilominus dixit S. Joh. Chrysostomus (a) *Justus non intermittit orare, nisi intermittit esse justus. Semper orat, qui semper bene operatur & bonum desiderium est oratio, & si desiderium est continuum, continua etiam est oratio.*

III. Percipies omnia e claro hoc simili. Cum quis, Romam

F 6 ten-

(a) *Super s. ad Thessal.*

tendens, viam ingreditur, omnes, quos in itinere illo facit, passus sunt voluntarii, nec tamen necessarium est, ut ad singulos passus suum declaret desiderium, aut eliciat novum voluntatis actum dicendo: *Romam tendo, eo Romam*, quandoquidem virtute primi illius actus, quo Romam direxit iter, perseverat semper in ipso voluntas, adeo ut ambulet, etsi id non dicat, quamquam non ambulet ita, ut non etiam velit. Porro exemplum hoc evidenter comprobat proficiscentem illum uno solo voluntatis actu, unoque velle, & progredi, & loqui, & sentire, & videre, & discurrere, & comedere, aliisque diversis operationibus vacare, quæ interim nec primam ejus voluntatem,

nec

nec actualem versus Romam,
progressum interrumpant.

112. Eadem ratione res se ha-
bet cum anima contemplativa.
Si certū ipsi fuerit semel delibera-
tumque, facere voluntatem DEI,
ac persistere in ipsius præsentia,
sustentat se continuo in illo actu,
quamdiu eum non revocat,
quanquam occupetur audiendo,
loquendo, comedendo, & quo-
cunque alio bono opere, & exer-
cizio externo suæ vocationis, pro-
priique status. Hæc omnia,
paucis verbis expressit S. Tho-
mas de Aquino: (a) *Non enim,
oportet, quod, qui propter DEUM
aliquoditer arripuit, in qualibet par-
te itineris de DEO cogitet actu.*

F 7 113. Di-

(a) *Contra Gentil. l. 3. cap. 138. num. 2.
& 3.*

113. Dices, omnes Christianos in hoc exercitio incedere, cum omnes fidem habeant, possintque, quanquam non sint interiores, exequi hanc doctrinam, illi præcipue, qui per externam meditationis ac discursus viam incedunt? Verum est, omnes Christianos habere fidem, præcipue autem illos qui meditantur & considerant. Sed fides eorum, qui per viam internam incedunt, longe diversissima est; Est enim fides viva, universalis, & indistincta, & per consequens magis practica, magis viva, efficacax & illuminata; quandoquidem spiritus S. illuminat præ cæteris animam optime dispositam; illa autem semper est optime disposita, quæ intellectum tenet recollectum; quando-

do-

doquidem secundum mensuram recollectionis illuminat, Spiritus divinus. Et quanquam non negetur, DEUM in meditatione lumen aliquod communicare, id tamen adeo parvum est, & ab illo, quod intellectui recollecto in fide pura & universali communicat, non minus distat, quam duæ aut tres aquæ guttulæ a mari universo; quandoquidem enim meditatione communicantur duæ aut tres veritates particulares animæ, sed in recollectione interiori & in exercitio fidei puræ & universalis, sapientia illa DEI, quæ se ipsi communicat in obscura illa, simplici, generali, & universali notitia, est mare quoddam abundantia.

114. Similiter, & resignatio in animabus istis est perfectior, cum nascatur ab interno & infuso vigore, qui quo diutius internum fidei puræ exercitium, cum silentio & resignatione, continuatur, eo magis crescit: Eo modo, quo crescunt dona divini Spiritus in animabus contemplativis, ut, si vel maxime inveniantur etiam dona hæc divina in omnibus illis, qui sunt in statu gratiæ, sint tamen, quasi mortua & absque viribus, & infinite ferme distent ab illis, quæ regnant in contemplativis, quorum est major illuminatio, vivacitas & efficacia.

115. Inde persuasum habebis, animam internam, quæ habitum acquisivit horas suas oratio-

tio-

tioni assignatas quotidie obeundi cum fide & resignatione, quam tibi dixi, continuo ambulare in præsentia DEI. Gravissimam hanc ac veram doctrinam docent omnes sancti, omnes experti, omnes mystici magistri, quia omnes unum eundemque habuerunt magistrum, nempe Spiritum divinum.

CAP. XVI.

Modus quo intrari potest in recollectionem internam per sanctissimam CHRISTI DOMINI nostri humanitatem.

116. **D**UO tradunt modos Theologi, penitus contrarios. Dicunt quidam semper in meditatione ac consideratione mysteriorum passionis CHRISTI versandum esse; alii in oppositum.

tum extremum delapsi, docent meditationem myſteriorum vitæ, paſſionis & mortis Salvatoris, non eſſe orationem neque ejus recordationem, ſed orationem ſolummodo vocandam, eſſe altam elevationem in DEUM, cujus divinitatem contemplatur anima in quiete & ſilentio.

117. Certum eſt, CHRISTUM DOMINUM noſtrum eſſe viam, portam, ac ſemitam ut ipſe id proprio expreſſit ore: *Ego ſum via, veritas & vita*; (a) animamque, antequam idonea fiat, quæ intret in præſentiam divinitatis ſeque cum ipſa uniat, lavari debere pretioſo redemptoris ſanguine; ac divitiis paſſionis ejus adornari

118. Eſt

(a) *Job. 14.*

118. Est CHRISTUS DOMINUS
noster doctrina sua suoque,
exemplo, lux, & speculum, Dux
animæ, via & unica porta, ut
intromittamur in illa vitæ æter-
næ pascua, & in immensum di-
vinitatis mare. Unde infertur,
non debere penitus deleri me-
moriam passionis ac mortis Sal-
vatoris. Et verum etiam est,
animam, quanquam ad altissi-
mam mentis elevationem per-
tingat, non separare debere,
penitus sanctissimam humanita-
tem. Sed inde non infertur ani-
mam internæ recollectioni af-
fvetam, quæ discursum forma-
re amplius nequit, semper ver-
fari debere in meditatione &
confideratione (ut affirmant re-
liqui Theologi) Sanctissimorum
Salvatoris myfteriorum. San-
ctum

ctum & bonum est meditari, & utinam omnes mundani id exercerent. Ac debet etiam anima, quæ cum facilitate quadam meditatatur, discurret & considerat, relinqui in hoc statu, nec protrahi; ad alium altiozem, quam diu in meditationis statu invenit nutrimentum & utilitatem.

119. DEO soli competit, non manuductioni spirituali, ut promoveat animam a meditatione ad contemplationem; quoniam nisi DEUS eam vocet, per specialem quandam gratiam, ad hunc orationis statum, nihil aget Ductor cum omnibus suis dogmatibus & cum omni sua scientia.

120. Ut itaque medio tutoque loco consistamus, ac fugiamus duo illa extrema adeo contraria: non debere deleri, aut separari pe-

pe-

penitus humanitatem; & eam, non continuo ob oculos habendam esse; præsupponendum nobis est, duos esse modos attendendi sanctæ humanitati, ut per divinam portam intremus, quæ est CHRISTUS, bonum nostrum. Primus est, si consideremus mysteria ac meditemur actiones vitæ, passionis & mortis Salvatoris. Secundus si de ipso cogitet, mediante applicatione intellectus, pura fides aut memoria.

121. Quando anima tendit ad perfectionem & mediante recollectione interiori redditur interior, tempore aliquo meditationi mysteriorum, jam cognitorum, infumto; tunc conservat fidem & amorem erga verbum incarnatum, estque animo ad omnia ipsius causa peragenda

da parato, quæcunque ab illo fibi inspirentur, secundum præcepta ejus operans, etiam si ea non semper oculis suis proponat. Quemadmodum qui filio diceret, ne unquam desereret patrem suum, eum non obstringeret, ut semper oculos in ipsum defixos teneat, sed tantummodo ut semper eum in memoria sua conservet, ut suo loco ac tempore debita ipsi officia præstet.

122. Anima igitur interiorem recollectionem, mediante experti ductoris judicio, ingressa, non opus habet, ut intret per primam portam meditationis mysteriorum, ita, ut in ipsorum meditatione continuo versetur; quia nec facere id poterit absque magna intellectus defatigatione, neque opus habet istis discursibus, cum hi tantum sint media

eo perveniendi, ut anima credat id, quod jam consecuta est.

123. Secundus autem ille est modus nobilior, spiritualior, magisque proprius animabus hisce proVectioribus in recollectione interiori; ut intrent per humanitatem CHRISTI DOMINI nostri, ejusque conservent memoriam; intuentes nimirum istam humanitatem, ejusque passionem per actum fidei simplicem, ipsum amantes, & memores, eum esse divinitatis tabernaculum, principium & finem nostræ salvationis, nostrique gratia natum, passum, ac ignominiosa morte affectum esse.

124. Hic est modus, quo proficiunt animæ interiores, ita ut hæc sancta, pia, velox, & instantanea humanitatis, recordatio, ob-

obstaculo esse nequeat cursui internæ recollectionis, nisi forte contingat, ut anima orationem ingressura, sentiat se recollectam, nam tunc melius erit continuare recollectionem & excessum mentalem. Sed ubi non est recollecta, simplex & velox humanitatis Verbi divini recordatio impedimento non est altissimæ & elevatissimæ animæ, vel abstractissimæ & maxime transformatæ.

125. Hic est modus, quem confirmat S. Terefia in contemplativis, quique aufert ac rejicit tumultuosas Scholasticorum, quorundam opiniones. Hæc est via recta, tuta, & absque periculo, quam DOMINUS multas docuit animas, ut ad requiem & sanctum contemplationis otium pervenirent.

126. Siftat se igitur anima, quando intrat in recollectionem, ad portas divinæ misericordiæ, quæ est amabilis & suavis memoria crucis, & passionis Verbi illius, quod factum est homo, & mortuum ex amore. Stet hic humiliter, resignata in voluntatem divinam, quicquid de ipso facere voluerit Majestas DEI, & si a sancta hac dulcique memoria statim feratur ad oblivionem, non necesse est, ut novam instituat repetitionem, sed ut in silentio ac quiete coram DOMINO persistat.

127. Mire favet huic nostræ doctrinæ Paulus in epistola, quam ad Colossenses scripsit, ubi eos & nos adhortatur, ut si edamus, bibamus, aut faciamus aliquid, sit in nomine JESU CHRISTI,

G

STI,

STI, & ipsius gratia. *Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine DOMINI JESU CHRISTI facite, gratias agentes DEO, & Patri per ipsum.* Utinam omnes inciperemus per JESUM CHRISTUM, & in ipso tantum, & per ipsum pertingeremus ad perfectionem!

CAP. XVII.

De silentio interno & mystico.

128. **T**Riplex silentii genus est. Primum verborum, secundum desideriorum, tertium cogitationum. Primum est perfectum, perfectius secundum, perfectissimum tertium. Primo, quod est verborum, acquiritur virtus; secundo, quod est desideriorum, obtinetur quies; tertio, quod est cogitationum, in-

te-

terior recollectio. Non loquendo, non desiderando, non cogitando pervenitur ad verum & perfectum silentium mysticum, in quo DEUS loquitur, cum anima, ipsi se communicat, eamque docet in maxime, intimo fundo suo perfectissimam, maximeque sublimem sapientiam.

129. Ad internam hanc solitudinem, & silentium mysticum vocat eam ac perducit, quando dicit ad ipsam, se velle loqui solum cum sola in secretissimo atque intimo cordis. (a) Hoc silentium mysticum ingrediendum tibi est, si audire cupis suavem, interiorem, ac divinam vocem. Non sufficit fugere mundum ut hunc thesau-

G 2 rum

(a) *Os. cap. 2.*

rum acquiras, nec renunciare, desiderijs, nec ab omni creato te alienare; nisi etiam alieneris ab omni desiderio & cogitatione. Conquiesce in mystico hoc silentio, & aperi portam, ut DEUS se tibi communicet, tecum se uniat, teque in se transformet.

130. Perfectio animæ non consistit in loquendo, aut cogitando multum de DEO, sed in amando ipsum. Acquiritur hic amor per resignationem perfectam ac silentium interius. Omnia consistunt in operibus. Amor DEI pauca habet verba. Ita illud inculeavit, & confirmavit S. Joh. Evangelista (a) *Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.*

131. In.

(a) *Epist. 1. c. 3. v. 18.*

(5)

131. Intelliges nunc perfectum amorem non consistere in actibus amoris, nec in teneris precatiunculis & multo minus in actibus internis, quibus dicas DEO, quod infinitus sit tuus erga ipsum amor, quodque eum ames magis quam te ipsam. Fortasse tu tunc temporis quæris potius te ipsam, & amorem tui, quam verum & divinum, *Quandoquidem opera sunt amoris documenta, non boni sermones.*

132. Ut creatura rationalis intelligat desiderium tuum, tuam intentionem, & id, quod in corde tuo latet, necesse est, ut verbis id ipsi declares. DEUS autem, qui penetrat in ipsa corda, non opus habet, ut ex te de eo fiat certior, nec satisfac-

G 3 etum

Etum sibi credit, dicente Evangelista, amore verbali aut in lingua hærente, sed vero & reali. Quid refert magno molimine ac fervore affirmare, quod tenerrime perfecteque eum super omnia diligas, si audito amaro quodam verbulo, leviq; accepta injuria non te resignes; nec ipsius gratia te mortifices? Manifesto hoc est argumento amorem tuum oralem non realem fuisse.

133. Procura ut cum silentio te in omnibus resignes; nam hac ratione, vel non dicendo quod eum ames, acquires perfectum amorem, maximeque quietum efficacem & verum. Dicebat Petrus ad DOMINUM, magno incitatus affectu, se ipsius gratia perditurum quoque vitam, sed

sed abnegabat eum ob verbum alicujus puellæ, cessabatque pristinus fervor. (a) Magdalena ne verbum quidem proferebat, idemque DOMINUS perfecto ejus amore delectatus, se ipsi præbebat historicum, & affirmabat, eam multum amasse. (b) Illic in interiori, muto se silentio exercent perfectissimæ virtutes fidei, spei, charitatis, nec necessarium est DEO dicere, quod eum ames, quod speres idq; credas; Hic enim DOMINUS melius novit te ipso, quid interius agas.

134. Quam bene intellexit exercuitque purum hunc amoris actum profundus ille & insignis mysticus, venerabilis Gregorius Lopez, cujus tota vita nil erat quã

G 4 con-

(a) *Matth. cap. 26.*

(b) *Luc. cap. 7.*

continua oratio, & continuus cō-
templationis & amoris divini a-
ctus, tã purus & spiritualis ut nũ-
quam in eo locum aliquem inve-
nirent affectus ac sensibilia sensa.

135. Ille cum per tres annos
continuos usus esset hac precati-
uncula: *Fiat voluntas tua in tempore*
& aternitate, toties eam repe-
tens, quoties respirabat, DEUS
ipsi commonstrabat thesaurum
illum infinitum actus puri, &
continui, fidei & amoris cum
silentio & resignatione, ita ut
idem dici de eo posset, triginta
scilicet & sex annis, quibus su-
perstes fuit, continuum semper
in interno ejus fuisse purum il-
lum amoris actum, nec un-
quam eum verbulum aliquod
nec precatiunculam, nec aliud
quid sensibile aut naturale pro-

tu.

tulisse. O Seraphinum incarnatum & hominem divinum quam bene penetrare potuisti internum hoc & mysticum silentium, ac distinguere hominem interiorum ab exteriori.



MANUDUCTIO

SPIRITUALIS

Animæ ad acquirendam
pacem internam.

LIBER SECUNDUS.

*De Patre spirituali, ejus obedientia,
ac zelo inconsiderato, & de pœ-
nitentia interiori & exteriori.*

CAP. I.

*Inimici astutia vinci optime possunt, si quis
Patri alicui spirituali se subjiciat.*

1. Omnibus modis convenit
eligere Magistrum exper-
tum

tum in via interiori cum DEUS cum omnibus ita agere nolit, ut cum S. Catharina Sienensi egit, quam, manu prehensam, docuit immediate viam mysticam. Si ad profectus naturales Magistro opus est, & manu ductio, quidni ad profectus gratiæ? Si ad Theologiam Moralem, Scholasticam & exegeticam, quæ perspicue proponuntur, quidni ad mysticam, secretam, reconditam & obscuram? Si ad conversationem & opera politica & externa, quidni ad internam cum DEO conversationem!

2. Similiter manu ductio necessaria est ad repellendas ac vincendas Satanæ astutias. S. Augustinus complures affert rationes, quare DEUS constituerit Ecclesiæ suæ, tamquam lumina, præfi-
ce-

cere Doctores & Magistros, homines ejusdem naturæ. Præcipue id factum credit, ut liberaret nos DEUS ab astutiis inimici. Nam si præter proprium dictamen, & impulsum naturalem, nullum alium actionibus nostris adjunxisset comitem, singulis momentis impingeremus, ac præcipitaremur in mille abyffos, ut evenit hæreticis & arrogantibus. Si Angelos nobis Magistros constituisset, excœcarent nos dæmonia, quæ transfigurant se in Angelos lucis. Unde conveniebat, ut DEUS Duces & confidarios nobis daret homines, quales nos sumus. Quorum manu ductio, experientia suffulta, subito cognoscit subtiles & diabolicas astutias, eaq; cognitæ obtenuem substantiam brevi evanescunt.

3. Pater spiritualis a manu DEI venire debet, atque ita deliberandum bene, ac orandum est, antequam eligatur, electus autem non relinquendus est absque maxime prægnantibus causis; quales sunt, si non intelligat vias & status, per quos DEUS animam ducit, quandoquidem nemo docere potest, quod ipse nescit, secundum bonam philosophorum regulam.

4. Et, si non comprehendat, (dicente Paulo) (a) ea, quæ sunt spiritus DEI, in ipso certe erit pro ignorantia habendum. Spiritualiter enim ea examinari debent, & ipse destituitur experientia. Sed spiritualis & expertus (b) omnia clare videt, & judicat uti est.

(a) 1. Cor. 2. v. 14.

(b) *Spiritualis omnia judicat ib.*

est. Igitur si manu ductio non
 nitatur experientia, principalis
 hæc est ratio eam relinquendi;
 aliamque eligendi, quæ sit ex-
 perta; quia absque ea non pro-
 ficiet anima.

5. Ut quis a malo ad bonum
 statum transeat, non opus est
 consilio, sed ut mutet bonum
 in meliorem, tempore, oratione
 & consilio opus est, cum non
 omne id, quod in se est optimum,
 cuique in particulari sit opti-
 mum, neque omne id, quod uni
 bonum est, bonum sit omnibus

(a) *Non omnibus omnia expediunt.*
 Vocati sunt quidam ad viam ex-
 teriorem & ordinariam; alii ad
 interiorem & extraordinariam,
 neque omnes sunt in uno eo-

G 7 dem-

(a) *Eccles. 30. v. 31.*

demque statu, cum tot sint, tamque diversi viæ mysticæ status, ac impossibile est, ut quis possit ad ejus secretas & interiores semitas, absque manuductione experta gressum dirigere; nam recta ambulaturus, ruet in præcipitium.

6. Quando anima timide ambulat, dubia, an bene ambulet, eoque timore liberari totaliter cupit; tutissimum medium est, ut subjiciat se experto cuidam Patri spirituali, hic enim per lumen interius clare detegit, qualis sit tentatio, & qualis inspiratio, & distinguit motus, qui nascuntur a natura, adæmonio, ab anima ipsa; quæ se totaliter submittere debet illi, qui experientiam habet, ipsiusq; detegere potest adhæsiones, levia idola, malosque ha-

habitus, quæ volatum ejus impediunt; hac enim ratione non solum liberabit se a diabolicis astutiis; sed etiam ulterius progredietur uno anno, quam progredieretur mille, si alio Duce minus experto uteretur.

7. In vita illuminati Patris & Monachi Johannis Tauleri narratur, (a) Secularem illum, qui in statu perfectionis ipsum superabat, de se ipso dixisse, se aliquando errores Mundi agnoscentem, & ad sanctitatem anhelantem, magnæ se dedidisse abstinentiæ, donec nocte quadam infirmus & debilitatus in somnum inciderit, & coelitus audiverit vocem: Homo simplex, si ante tempus teipsum propriæ tuæ voluntatis exercitiis occidis, tibi ipsi acerbis

(a) cap. 3.

bas pœnas dabis. Tum plenum terrore iuisse in desertum, & de qua via sua & abstinencia cum Sancto quodam Anachoreta communicasse qui, Cœlo sic disponente, ipsum liberaverit a diabolica deceptione, se autem dixisse ipsi, se abstinere ut placeret DEO, sed ab Anachoreta interrogatum, quo id faceret consilio? & respondenti, quod nullo; repuisse Anachoretam, esse manifestam tentationem dœmonii. Exinde aperuisse oculos, & cognovisse suam perditionem, & vixisse semper cum consilio Patris spiritualis, & ipse deinde affirmavit, ab illo septem annorum spatio majus sibi datum lumen esse, quam omnes libri impressi dare possent.

8. PRæstat utique habere Magistrum in via mystica, quam legere libros spirituales. Practicus enim Magister suo tempore dicit, quid fieri debeat, sed in libro legetur interdum id quod minime convenit, deficietq; hac ratione doctrina tunc cognitu necessaria. Præterea libris mysticis multæ gignuntur apprehensiones falsæ, ut anima habere sibi videatur id, quod revera non habet, inque statu mystico majores fecisse profectus, quam adhuc fecit. Unde multa damna & pericula nascuntur.

9. Certum est, frequentem lectionem librorum mysticorum, qui nullum in luce practica, sed tantum in pura speculatione.

tione fundamentum habent, obesse potius quam prodesse; confundit enim, quas illuminare debebat, animas, easque notitiis discursivis implet, quæ maxime impediunt; quoniam si vel maxime sint notitiæ lucis, intrant tamen ab extra; redduntque potentias obtusas, easque implent speciebus cum debeant eas evacuare, ut DEUS, se ipso eas cumulet. Multi continuo legunt libros hosce speculativos, quod nolint se alicui subicere, a quibus, aliquam lucem nacti, sciant, quam ipsis non conveniat similis lectio; Cum procul dubio, si se subicerent, & Ductor experientiam haberet, is non id ipsis permetteret, & tunc facturi essent progressus, nec curaturi librorum

le

lectionem, ut faciunt animæ, quæ se subjiunt, quæ habent lumen & proficiunt. Unde infertur, magnam afferre tranquillitatem & tutissimum esse, si quis Duce[m] habeat expertum, qui gubernet, doceatque luce actuali, ut nec a dæmonio nec a proprio iudicio & opinione decipiat. Sed eo ipso non damnatur universim lectio librorum spiritualium, hic enim tantum sermo est de animabus pure internis & mysticis, in quorum gratiam hic liber scriptus est.

10. Omnes Sancti & Magistri Mystici fatentur, securitatem animæ mysticæ consistere in eo, ut ea se libere supponat. Patri suo spirituali, cum ipso communicans quicquid in interno suo agitur. Ideoque is, qui se-
cun-

cundum propriam vivit sententiam, nec quærere vult directorem spirituales (quanquam habeat se, habeaturque pro spirituali) opponit se doctrinæ Sanctorum & animarum illuminatarum; nam quo est anima illuminata magis & cum DEO unita, eo profecto debet esse humilior, subjectior, submissior, & obedientior manuactioni spirituali. Cujus rei veritas ut eo magis pateat, referam verba quædam, quæ locutus est DOMINUS ad Dominam Mariam de Escobar: Narratur in ejus vita, (a) ægro- tantem eam DOMINUM rogasse, an tacere debeat, nec Patrem, spirituales de rebus extraordinariis, quæ in anima ejus eveniebant, reddere certiore, ne

(a) *lib. 1. cap. 20. part. 1. 2.*

& se defatiget, & ipsi Patri negotium faceſſat; Ad quod reſpondit DOMINUS, non benefactum iri, ſi Patri ſpirituali eorum non reddat rationem, ob tres cauſas. Primo, quia, ut purificatur aurum in crucibulo, & in lapide cognoscitur ejus pretium, cum Lydium attingit, ita anima purificetur, ejusque valor detegatur, cum Minister DEI quaſi Lydio quodam lapide eam probat. Secunda, quod conueniat, ne erremus, ut res gubernentur eo ordine, quam diuina Maieſtas preſcripſit in Eccleſia ſua, in ſacra Scriptura & doctrina Sanctorum. Tertia, ne occultentur, ſed manifeſte fiant Eccleſia ejus miſericordia, quibus Maieſtas ejus afficit ſervos ſuos, & animas puras, ut ita animent ſe mutuo Fideles ad ſeruiendum DEO, & ipſe in iis glorificetur.

II. Eodem loco (a) sequentibus utitur verbis, eorum, quæ dicta sunt, veritati admodum conformibus. *Cum egrotaret Confessor meus, mibi que praecepisset, ne persona, cui interea confitebar, omnia referrem, quæ mibi evenirent, sed tantum quedam cum prudentia: lamentatus sum coram DOMINO nostro, quod non haberem, quo cum de rebus meis communicarem; ac respondit mibi ejus Majestas. (Habes jam, qui suppleat defectum Confessoris tui, conferas in eum omne, quod opus fuerit:)* Tunc ego reposui; **NON DOMINE, non hoc DOMINE!** (*Quare?*) dicit mibi **DOMINUS** *Quia mandavit mibi Confessor meus, ne ipsi omnium redderem rationem, & obedire ipsi debeo. Dixit mibi ejus Majestas: Satisfecisti mibi hac responsione, quodque eam te dictu-*

(a) §. 2.

ram

ram intelligerem, id tibi dixi, quod
 audivisti. Facias ita, sed referre ta-
 men ipsi quadam poteris, ut ipsi tibi
 dixit.

12. Imprimis huc facit, quod
 de se ipsa refert Sancta Tereſia.
 (a) *Semper (dicit illa) ubi DOMINUS*
me jufferat aliquid, ſi Confefſor aliter
dixiſſet, DOMINUS iterum dicebat,
ut obedirem Confefſori. Poſtea Ma-
jeſtas ejus ad ipſum reverſa volebat,
ut denuo id mihi mandaret. Sana
hæc eſt & vera doctrina: quan-
doquidem animas confirmat, &
diabolicas aſtutias diſpellit.

CAP. III.

Zelus animarum inconfideratus, & amor
inordinatus erga proximum turbant
pacem interiorem.

13. **N**ullum omnipotenti DEO tale
 ſacrificium eſt (inquit S. Ge-
 or-

(a) *In vita ſua l. 2. 26.*

orgius (a) *quale ardens zelus animarum.* Hujus ministerii gratia misit æternus Pater filium suum JESUM CHRISTUM in mundum & jam inde ab illo tempore inter reliqua ejus officia hoc remansit, nobilissimum & quam maxime sublime. Quod si autem Zelus fuerit inconsideratus, insigni impedimento erit progressui spirituali.

14. Vix te videbis novæ lucis fervore accensam, cum te totam voles beneficio animarum insumere, atq; vix, ac ne vix quidem fieri poterit, quin amor proprius sit, ille, qui tibi videbitur purus Zelus; Hic se interdum vestire solet inordinato quodam desiderio, vana complacentia & oblectatione, benivolentia industriosa, pro-

(a) *in Ezech. Hom. 12.*

propriaque æstimatione : quæ omnia paci animæ aduersantur.

15. Nunquam conducit, amare proximum tuum cum detrimento boni tui spiritualis. DEO ut placeas simpliciter, unica sit operum tuorum meta; Hoc unicum sit desiderium tuum & cogitatio; sisque sollicitus de temperando tuo inordinato fervore, ut regnet in anima tua tranquillitas, & pax interior. Verus animarum zelus, quem procurare debes, purus sit amor DEI tui. Hic est fructuosus, efficax & verus, & ille, qui miracula facit in animabus, quanquam vocibus mutis.

16. Commendavit S. Paulus attentionem animarum nostrarum, antequam commendaret attentionem proximi. *ATTENDE*

H

TI-

TIBI ET DOCTRINÆ dixit in Epistola sua Canonica. (a) Noli te ipsum operose ingerere; nam ubi tempus opportunum erit, & proximo tuo utilitatem aliquam afferre poteris, DEUS te foris protrahet, tibi que negotium injunget, quod maxime tibi conveniat. Hæc cogitatio ipsi soli competit, tibi autem, ut persistas in quiete tua, alienata, & totaliter resignata in divinum beneplacitum. Non videaris tibi otiosa esse in isto statu; satis agit, qui ad exequendam in omnibus divinam voluntatem attento semper est animo. Qui sibi ipsi attendit, propter DEUM, omnia facit, quia potior est unus actus purus internæ resignationis, quam centum

(a) 1. Tim. 4, 16.

tum & mille exercitia propriæ voluntatis ductu suscepta.

17. Quanquam cisterna multæ capax sit aquæ, eam tamen habebit nunquam, donec Cœlum pluvia sua eam fuerit dignatum. Esto quieta, anima benedicta! quieta esto, humilis & resignata ad omne id, quod DEUS de te, facere voluerit; DEO relinque curam, ipse enim novit, tanquam Pater benevolentissimus, id, quod tibi maxime convenit; Conformata te totaliter ad ipsius voluntatem, in hoc enim fundata est perfectio (b) quandoquidem, qui peragit voluntatem DOMINI, ille est mater, filius & frater ipsius filii DEI.

18. Noli credere, DEUM maximi æstimare eum, qui plurimum

H 2

(a) *Matth. 12.*

num agit. Ille maxime diligitur, qui est maxime humilis, & maxime fidelis, & resignatus & internæ ipsius inspirationi, divinoque beneplacito maxime obtemperat.

CAP. IV.

Ejusdem Argumenti.

19. **O**Mnia tua desideria sint, ut conformes te ad voluntatem illius DOMINI, qui rivulos aquæ e petra sicca educere potest, cui admodum displicent animæ, quæ ut adjuvent alios ante tempus se ipsas defraudant, zelo inconsiderato, vanaque complacentia abrepti.

20. Quemadmodum discipulus Elisæi (a) a Propheta missus

ut

(a) 2. Reg. 4. v. 31.

ut Scipione suo resuscitaret mortuum, propter voluptatem, quam inde ipse capiebat, non potiebatur effectu, & ab Elisæo objurgabatur; & Caini sacrificium, quanquam primum quod in hoc mundo DEO fuit oblatam, minime acceptum erat, eo ipso nomine, quod sibi ipsi de prærogativa gratularetur, quod primus, adeoque prior Patre suo Adamo, DEO sacrificium obtulisset.

21. Quin etiam Discipuli CHRISTI DOMINI nostri hoc ægrotabāt malo, vano affecti gaudio cum expellerent Dæmonia, ideoque acerbe reprehendebantur a divino Magistro suo. Antequam Paulus prædicaret Gentibus & annunciaret Evangelium Regni DEI, cum jam esset

vas electionis, civis cœli, & electus a DEO ad hoc ministerium, necesse fuit ut probaretur ac humiliaretur angusto inclusus carceri. Te autem prædicatorem audire velle, ubi nondum sustinueris hominum ac Diabolorum probationem? Et velle te in tanto ministerio tibi locato polliceri fructum, ignitionis, ac passivæ purgationis nondum superato?

22. Tua magis interest, ut quieta sis & resignata in sancto otio, quam ut multa & magna peragas, proprio obsecutus iudicio ac sententiæ. Noli credere actiones heroicas, quas patrarunt, patrantque magni DEI in Ecclesia servi, esse opera propriæ ipsorum industriæ; Omnia enim tam spiritualia, quam tempo-

poralia ab æterno sunt ordinata,
 a providentia divina, ut sine ea
 ne minimum quidem commo-
 veatur folium. Qui facit volun-
 tatem DEI, facit omnia; De hac
 perficienda sollicita sit anima tua,
 manens quieta, cum perfecta
 resignatione ad omne id, quod
 DEUS de ipsa constituere volue-
 rit. Indignam te cognoscas tam
 sublimi ministerio deducendi
 animas ad Cælum, eoque ipso
 nullum objicies obstaculum,
 quieti animæ tuæ, paci interiori,
 & divino volatui.

CAP. V.

*Ad perducendas animas per viam interio-
 rem, necessariae sunt lux, experien-
 tia, & divina vocatio.*

23. **V**ideberis tibi (magnamque
 inde voluptatem capies)

H 4

ido-

idoneus manuductioni animarum per viam spiritus; sed hæc forte secreta quædam erit superbia, ambitio spiritualis, & clara cæcitas; quandoquidem, præterea, quod sublime hoc exercitium requirit lumen superius, totalem alienationem, & reliquas dotes, quas in sequentibus capitibus tibi indicabo; Necessaria etiam est gratia vocationis, sine qua omnia sunt vanitas, & tibi tantum satisfacis, tuæque philautiæ. Nam etiam si gubernare animas easque perducere ad contemplationem & perfectionem, sanctum sit ac bonum, quomodo scis, quod per DEI voluntatem in hoc negotio tibi versari liceat? Et quanquam tu cognoscas, quod facile tamen non est, te magnam habere lucem &

ex-

experientiam, unde tibi constat, DOMINUM velle, ut hoc exercitio occuperis.

24. Ea est hujus ministerii dignitas, ut ei nos ingerere nunquam debeamus, quamdiu DEUS ipse nos in eo non collocat, mediantibus iis, qui nobis sunt superiores, & Ducibus nostris spiritualibus. Nobis id foret gravi præjudicio, etsi e re foret proximi. Quid nos juvat (a) DEO totum lucrari mundum, si anima nostra patitur detrimentum?

25. Utcunque evidenter scias, animam tuam interna luce & experientia esse instructam; magis tamen tua interest, ut in tuo nihilo, quieta & resignata persistas, donec DEUS te vocet ad beneficium animarum. Ipsi soli

H 5 com.

(a) *Matth. 16.*

competit cognoscere tuam idoneitatem, & tuam alienationem. Non tui hæc res est iudicii, nec ingerere te debes huic ministerio. Exceccabit enim te, perdet ac decipiet amor tui, si tuo te gubernes arbitrio & iudicio in negotio tanti momenti.

26. Quod si igitur deficiente, adhuc gratia vocationis, neque experientia neque lux, neque idoneitas sufficiunt, ut quis numeri huic admoveatur; quid fiet absque idoneitate? quid fiet, absque luce interiori? absque debita experientia? quæ quidem dona non cum omnibus communicantur animabus, sed tantum cum alienatis, resignatis, atque illis, quæ ad perfectam annihilationem transiverunt, mediante terribili tribulatione & pas-

passiva purgatione? persuasum
habeas, o anima benedicta! omnia opera, quæ in hoc exercitio vero non gubernantur zelo, nato ex amore puro, animoque purgato, vestita esse vanitate, amore proprio, ac spirituali ambitione.

27. Quot, dum sibi ipsis satisfaciunt, suscipiunt, proprio ducti iudicio & arbitrio, hoc ministerium & cum placere DEO, evacuare & alienare animas suas cogitant, quanquam aliquem in proximo fructum progignant, replent se terra, & stramine propriæ æstimationis! quieta esto & resignata, abnega proprium iudicium & desiderium, intro-mitte te in abyssum tuæ inidoneitatis, tuique nihili, ibi enim tantummodo DEUS est, vera

H 6 lux,

lux, tua felicitas, maximaque perfectio.

CAP. VI.

Instructiones & monita in gratiam Confessorum & Directorum spiritualium.

28. **S**ummum & fructuosissimum ministerium est Confessoris, & spiritualis Directoris, & damna causatur irreparabilia, nisi legitime exerceatur.

29. Prudentis Consilii erit, tanto ministerio Patronum aliquem eligere, qui sit Sanctus ille, quem præcipue eligendum suadet devotio.

30. Primum & tutissimum dogma est, quod interior & continua recollectio ac secessus procurari debeat. His enim comitibus, bene ambulabitur in omnibus

bus Exercitiis & negotiis proprii status & vocationis, præcipue in officio Confessoris. Nam cum prodit anima interius recollecta, ut ad exteriora hæc & necessaria exercitia se applicet, DEUS est, qui eam illuminat & in ea operatur.

31. Quod ad manuactionem animarum, quæ sunt interiores, attinet, directores non opus habent instructionibus, sed suaviter & prudenter iis tollere debent obstacula, quæ intercedunt influentiis DEI, necesse tamen erit, ut eas instruant sancto hoc consilio: *Secretum meum mihi.*

32. Multæ animæ existimant, omnes Confessores sufficienti rerum interiorum notitia esse instructos; verum in eo non tantum errant, sed experientia et-

iam docet, magno fieri cum præjudicio, si cum illis eas communicent, qui tales non sunt. Et enim si vel maxime a DOMINO in via interiori fuerint locatæ, illi tamen non cognoscent eas, nec in mentem iis quicquam ejus rei veniet, quod experientia destituantur; intervertent potius contemplationis progressum, dum ipsis præcipient, ut meditationem coactam etiam & affectatam prosequantur, quanquam plane meditari nequeant, atque sic obtundent eas, ac perdent, volatum earum promoturi. Nam Deus vult, ut ad contemplationem progrediantur; ipsi autem retrahunt eas ad meditationem, quod aliam viam nesciant.

33. Ut fructus gignatur, non quæri debet ulla anima, quæ du-

ducatur; refert, ut ipsæ veniant; neque admitti omnes debent, præsertim si fuerint mulieres, quoniam hæ absque sufficienti dispositione venire solent. Magnum fructus progignendi momentum inest magisterio non affectato, & non affectatæ ejus opinioni.

34. Nomine filiæ rarissime, uti debet Confessor. Nam id periculosissimum est, cum Deus sit adeo zelosus, & epithetum adeo amabile.

35. Negotia, quæ Confessori suscipienda sunt præter proprium Confessionis munus, pauca esse oportet, quia Deus non vult, ut negotiis peragendis vacet, & si possibile esset, non comparere alibi deberet, quam in loco Confessionis.

36. Com-

36. Compatrem & testamenti executorem ne semel quidem tota in vita agat; multas enim animæ affert inquietudines, quæ omnes perfectioni Ministerii tam sublimis sunt contrariæ.

37. Confessor aut Director spiritualis nunquam visitare debet filias spirituales, ne quidem in casu morbi, nisi tamen tunc fuerit ab ægrotante accersitus.

38. Si Confessor procuret interiorem & exteriorem recollectionem, verba ejus erunt (etsi ipse id non cognoscat) accensi carbones, qui animas inflammabunt & comburent.

39. In loco Confessionis svaues ordinariæ esse oportet reprehensiones, quanquam in ambone sint rigorosæ. In hoc enim furiosus esse debet Leo, ibi autem

tem

tem indui mansuetudine agni. O quam efficax est svavis reprehensio in pœnitentibus ! In loco Confessionis jam tum commoti comparent, sed in suggesto ob cœcitatem ac duritiem, interest, ut perterrescant. Nihilominus persvaderi ac reprehendi cum rigore debent illi, qui perperam affecti aut dispositi accedunt & absolutionem extorquere volunt.

40. Postquam in commodum animarum factum est, quicquid est possibile, fructus animadverti non debet; ita enim Diabolus subtiliter facit ut proprium videatur, quod est DEI, & invadit philautia & vana quadam complacentia, seu oblectatione, qui capitales sunt inimici annihilationis, quam pro-

cu-

curare semper debet Confessor,
ut moriatur spiritualiter.

41. Quanquam sæpius videat
animas non proficere, provecti-
ores autem perdere Spiritum,
eo non inquietur, sed permane-
at in interna sua pace, ad imita-
tionem Angelorum custodum:
tunc animet se interius, erro-
rem illum deponendo, quoni-
am interdum id permittit DEUS,
cum alios ob fines, tum, ut eum
humiliet.

42. Confessorem ipsum fuge-
re oportet, & facere insuper, ut
& animæ, quæ ab ipso ducuntur,
fugiant omne genus exteriorita-
tis, utpote a qua DOMINUS valde
abhorret.

43. Quanquam nec præcipe-
re animabus debeat, ut sacra
Cœna utantur, nec denegare
ipsis

ipsis ullam communionem, five ad probationem, five ad mortificationem dirigatur, (cum infiniti sint probandi & mortificandi modi absque tanto præjudicio) nihilominus non parcus esse debet erga animas, quæ vero commotæ sunt desiderio. Nam JESUS CHRISTUS non fuit in mundo ut includeretur.

44. Experientia constat, pœnitentiam difficulter adimpleri, quando magna est & excessiva; semper præstat, eam utilem habere materiam, ac moderatam esse.

45. Cum pater spiritualis singularem ac majorem affectum, erga filiam aliquam monstrat, reliquæ gravissima inde inquietudine afficiuntur. Hinc refert, dissimulare, & adhibere prudentiam,

tiam, nec loqui facile cum una aliter, quam cum alia; amat enim diabolus Zizania inspergere manu ductioni, & utitur illis ipsis verbis ad inquietandas reliquas.

46. Continuum ac principale exercitium animarum pure mysticarum in interiori esse oportet, ut procurent, dissimulando, destructionem amoris proprii, easque animent ad patientiam interiorem mortificationum, quibus DOMINUS eas purgat, annihilat & perficit.

47. Desiderium revelationum magno esse solet impedimento animabus interioribus præcipue in mulieribus, neque est somnus naturalis, quem nomine visionis non baptizent. Necessè est,
ut

ut commonstrent, se ab omnibus istis obstaculis abhorrere.

48. Quanquam mulieres ægre ferant silentium in rebus a Directore præceptis, id tamen procurare debet, cum non conducat, rem a DOMINO ipsi inspiratam omnium exponi censuris.

CAP. VII.

Agitur de eodem, ac deteguntur adhesiones, quas habere solent quidam Confessores & Directores spirituales & declarantur dotes, quæ in ipsis requiruntur, ad exercitium confessionis, & ad duccendas quoque animas per viam mysticam.

49. **P**ROcurare debet Confessor, ut animet pœnitentes ad orationem, præcipue quando frequenter ad pedes ipsius se repræsentant, ipsique exponunt desiderium boni sui spiritualis.

50. Re-

50. Regula quam imprimis observare debet Confessor, ne perditionem ipse incurrat, est, ut nullum accipiat munus, etsi totius mundi fieri posset DOMINUS.

51. Quoniam multi sint Confessores, non tamen omnes sunt boni; quidam enim sciunt parum; quidam sunt rudes admodum & rerum ignari; quidam ex applausibus populi nobilioris pendent; Hi quærunt benevolentiam poenitentium; illi munera; alii ambitione spirituali pleni, quærunt applausum & famam, curantes, ut multos habeant filios spirituales; alii affectant magisterium, & omnia, tanquam pro auctoritate magisterii sui agunt: affectant alii visiones & revelationes filiorum suo-

suorum spiritualium; & cum spernere eas deberent (quod unicum medium est, quo in humilitate conservari possunt, & ne ab illis abripiantur,) ipsi eas laudant, ac literis mandandas curant, quo possint eas monstrare, publicare ac ostentare. Hæc omnia proveniunt ex amore proprio & vanitate Directorum, magnoque præjudicio sunt spiritali animarum progressui, cum certum sit omnes hos respectus, & adhæSIONES impedimento esse, ne exercere cum fructu officium possint, quod requirit totalem alienationem & cujus finis ac intentio unice esse debet gloria DEI.

57. Alii Confessores inveniuntur, qui facile & ex levitate quadam cordis credunt, approbant

bant & laudant omnes Spiritus. Alii in extremum delapsi vitiosum, condemnant absque exceptione omnes visiones & revelationes. Neque omnibus oportet credere, neque omnes condemnare: Alii sunt, qui adeo delectantur spiritu filiarum suarum, ut quicquid somnient, quanquam illusiones sint, venerentur tanquam sacra mysteria. O quantas misérias hanc ob causam Ecclesia fuit experta! Sunt præterea, qui, mundana vestiti humanitate & blanditiis, de sancto Confessionis loco parum solliciti, de rebus vanis, superfluis, animos distrahentibus, & multum alienis a decoro, quod & Sacramentum, & dispositio sive præparatio ad recipiendam divinam gratiam requirit, cum pe-
ni.

nitentibus colloqvuntur, tales præcipue sermones de domesticis pœnitentium commodis protrahentes, antequam hi confessionis suæ faciant initium: Unde fortasse scintilla illa devotionis, qua ad Sacramentum accesserant, extinguitur. Evenit interdum ut complures pœnitentes, propriis ac domesticis occupationibus impliciti, confessionem expectantes, quando nimiam interjici moram vident, tædio, tristitia, & impatientia afficiantur, actualem etiam dispositionem, qua se præparaverant ad recipiendum Sacramentum tam salutare, perdentes; Unde commixtio illa rerum animos distrahentium, superfluarum & vanarum, non tantum causatur, pretiosi temporis jacturam, sed

I cum

cum insigni etiam sancti loci, sacramenti & præparationis pœnitentium, tam confitentis, quam reliquorum, qui Confessionem adhuc dicturi sunt, præjudicio est conjuncta: quæ sunt profecto damna, omnia consideratione, ac medela digna.

53. Ad Confessionem inveniuntur adhuc quidam idonei; verum ad gubernandos Spiritus in via mystica, adeo sunt pauci (ajebat Pater M. Johannes de Avila) ut inter mille vix sit unus; sanctus Franciscus Salesius, ut inter decem millia; & illuminatus Taulerus, ut inter centum millia non inveniatur unicus expertus Spiritus Magister. Causa ejus rei est, quod pauci sint illi, qui se disponant ad accipiendam scientiam mysticam.

Pau-

Pauci ad eam recipiendam se disponunt, dixit Henricus Arpius. (a) Utinam id non adeo esset verum neque enim tot in mundo forent errores, plures invenirentur sancti & pauciores peccatores.

54. Si Ductor spiritualis cum efficacia desideret, ut omnes virtutem ament; & amor ipsius erga DEUM purus est & perfectus, paucis verbis & paucioribus adhuc rationibus infinitum pariet fructum.

55. Si anima interior, cum in repurgatione passionum, & in tempore abstractionis versatur, destituitur Duce experto, qui secessum ejus ac solitudinem refrænet, utpote ad quam trahit eam propria inclinatio ac sum-

I 2 ma

(a) lib. 3. part. 3. cap. 22.

ma propensio ; Impotens manebit ad capeſſenda confeſſionis, prædicationis & ſtudii, atque etiam proprii officii, ſtatus, & vocationis exercitia.

56. Attendere igitur debet expertus Director magna cum cura, quando potentia in DEO incipiant occupari, ne magnum ad ſolitudinem aditum permittat, ſed animæ percipiat, ne externa ſtatus ſui exercitia intermittat, ſtudiorum nempe, aliorumque negotiorum, etſi videantur diſtractiva, dummodo vocationi ejus non adverſentur; quandoquidem tantopere ſe abſtrahit anima in ſolitudine, adeo redditur in illo ſeceſſu interna & ab exterioritate adeo ſe remonet, ut ſi de novo ſe poſtea applicet labore quodam ac repugnans.

gnantia id fiat, quæ etiam potentias ipsamque cerebrum debilitabit, damnum considerabile, & dignum attentione Directorum spiritualium.

57. Quod si vero hi destituantur experientia, ignorabunt quando se formet abstractio, & eodem tempore sanctum ipsis consilium videbitur, si animent animas ad secessum, hæ autem in ea perniciem invenient. **O** quanti refert manuductionem, in spirituali & mystica via, experientia inniti.

CAP. IIX.

Ejusdem Argumenti.

58. **I**lli qui absque experientia animas gubernant cæco procedunt impetu neque eo pertinent, ut, qui sit animarum status

tus in^m internis earum & supernaturalibus operationibus intelligent. Cognoscunt solummodo animam interdum bene se habere, & habere lucem, alias in obscuritate versari, sed alteruter ex his qualis sit status, & qualis sit radix, unde mutationes istæ proveniunt, id neque cognoscunt, neque intelligunt, nec investigare certo queunt e libris, nisi in semetipsis fuerint experti, quo in furno generatur vera & actualis lux.

59. Si Ductor ipse non transit per semitas secretas ac molestas viæ interioris, quomodo comprehendere eam potest, eamve approbare? Haud parva animæ obtinget gratia, si invenierit unicam manuductionem expertam, per quam in insuperabi-

bi-

bilibus difficultatibus corroboretur, & in continuis itineris illius dubiis reddatur certior. Alias non pertinet ad sanctum & pretiosum perfectionis montem, absque gratia quadam extraordinaria & singulari.

60. Director spiritualis, qui vivit alienatus, anhelat potius ad internam solitudinem, quam ad negotium animarum, &, si Magistro cuidam spirituali displiceat, quando ab ipso recedit anima, & ipsum deserit propter alium Ducem; manifestum est signum ipsum non vixisse abstractum, nec quæsiuisse pure gloriam DEI, sed sui ipsius æstimationem.

61. Idem damnum ac malum docet experientia, quando director clandestinam aliquam adhi-

bet diligentiam, ut ad directionem suam animam aliquam atrahat, quæ sub gubernatione alterius manuuctionis incedit. Insigne hoc est damnum; nam si hic altero se meliorem Directorem esse existimet, superbus est, proditor est, & DEI, & animæ illius & sui ipsius, ob damnum, quod utilitati proximorum infert.

62. Similiter aliud considerabile damnum in Magistris spiritualibus detegitur, scilicet, quod non permittant, ut animæ ab ipsis ductæ conferant cum aliis, quanquam ipsis sint sanctiores, majoremque habeant experientiam. Hoc omne est adhæsiō, philautia & sui ipsius æstimatio. Non permittunt animabus istam allevationem, quod vereantur,
ne

ne ab ipsis deserantur, & ne dicantur filii ipsorum spirituales quærere, ut ab aliis sibi satisfiat, quod ipsi illis non satisfaciant. Ut plurimum autem imperfectis hisce finibus intervertunt animarum profectus.

63. Omnibus hisce & infinitis aliis adhæſionibus liberat se Director, qvi eo jam pervenit, ut audiat interiorem vocem DEI, tribulatione, tentatione & passiva purgatione superata; interior enim vox DEI producit innumerales & miraculosos effectus in anima, quæ ipsi dat locum, eam auscultat & gustat.

64. Tantæ ea est efficaciam, ut rejiciat honorem mundanum, sui ipsius æstimationem, spirituales ambitionem, desiderium famæ, ac efficiat ne quis ma-

gnus esse velit, aut præsumat se esse solum, aut cogitet se omnia scire. Valedicit amicis, amicitiiis, visitationibus & epistolis officiosis, ac commercio creaturarum; nec tantopere adhæret filiis spiritualibus, nec magisterii auctoritatem, aut negotiorum multorum laudem affectat. Abdicat se nimio amore, quo locum Confessionis antea prosequabatur, & inordinata propensione in gubernationem animarum, cum se ad hanc rem idoneum antea existimaverit. Exuit amorem sui ipsius, auctoritatem & superbiam, nec loquitur de fructu quem gignit, nec monstrat epistolas, quas scribit, aut quas scripserunt filii spirituales, ut intelligant alii, quam insignis ipse sit operarius, spernet invidiam

re-

reliquorum Magistrorum, nec curabit an ad Confessionis locum omnes accedant.

65. Tandem vox interior DEI, in anima Directoris, generat contemptum, solitudinem, silentium & oblivionem amicorum, parentum ac filiorum spiritualium; nam ipsorum non recordatur, nisi quando cum ipso loquuntur, unicum hoc est signum, quo cognoscitur alienatio Magistri: hic tamen tacendo majorem parit fructum, quam decem aliorum millia, quamquam infinita subinde ingerant dogmata.

CAP. IX.

Simplex & prompta obedientia est unicum medium tuto ambulandi per viam interioriorem & consequendi pacem internam.

16 66. Si

66. **S**i serio tibi proponis tuam abnegare voluntatem, & peragere in omnibus divinam, medium necessarium est obedientia, sive ad eam te astringas per modum insolubilem voti in manibus Superioris in illo Ordine facti, sive liberum tuæ voluntati laqueum injicias eam, consecrans spirituali alicui & experto Ductori, qui habeat dotes a nobis præcedentibus capitibus indicatas.

67. Nunquam ad montem perfectionis altumque interioris pacis thronum pertinges, si per tuam te gubernes voluntatem. Crudelem hanc bestiam, DEI animæque tuæ inimicam vincere oportet. Propria tua directio & proprium iudicium tanquam rebelles subjugandi tibi,

bi,

bi, debellandi & in cineres redigendi sunt per ignem obedientiæ. Hic probabitur tanquam in lapide Lydio proprius ne sit, an divinus amor, quem sequeris. Ibi in illo holocausto annihilari debet, usque ad ultimam substantiam, iudicium tuum & voluntas propria.

68. Plus valet vita quædam ordinaria sub obedientia, quam illa, quæ propriæ voluntatis ductu magnis operam dat pœnitentiis, quandoquidem obedientia & subjectio præterea, quod ab impositione satanæ sint liberæ, verissimum sunt holocaustum, quod DEO in altari cordis nostri offertur. Proinde magnus quidam servus DEI dixit, malle se sterco tollere per obedientiam,

I 7 quam

quam rapi ad tertium Cœlum,
per propriam voluntatem.

69. Scias obedientiam esse
præsidium, quo cito ad perfectio-
nem pervenias. Impossibile
est, ut anima acquirat veram
pace[m] cordis, nisi abneget judi-
cium suum ac rebellionem; ut
autem se abneget, & vincat
proprium judicium optimum,
remedium erit, si nihil celet
firmoque sit proposito obedi-
endi ei, qui loco DEI est. (a) Nam
omni illo, quod ex ore prodit,
cum vera submissione, in au-
res patris spiritualis, cor reddi-
tur liberum, tutum, & omni
onere vacuum. Medium itaq;
efficacissimum, ad faciendum
in via spiritus progressum, est,
hoc

(a) *Effundite coram illo corda vestra.*
Psalm. 61.

hoc cordi imprimere, spiritua-
lem Directorem stare loco DEI,
& quicquid ille præscribat ac di-
cat dictum & ordinatum esse à di-
vino ore.

70. Venerabili Matri Sorori
Annæ Mariæ de S. Josepho Mo-
niali Franciscanæ Excalceatæ,
sæpe numero dixit DOMINUS,
(a) *quod obedire potius debeat Pa-
tri suo spirituali quam sibi ipsi.* Ve-
nerabili Sorori Catharinæ Palu-
zi dixit etiam aliquando DOMI-
NUS. (b) *Patrem vestrum spiritua-
lem accedere debetis pura & sincera
veritate, quasi veniretis ad me, nec
quarere utrum ipse sit, an non sit ob-
servans; sed debetis cogitare, quod
ipse a Spiritu Sancto regatur, meoq;
sit loco. Si anima hoc observa-
rint,*

(a) in vita ejus §. 42.

(b) in vita ejus lib. 2. cap. 16.

*rint, non permittam ego, ut ul-
li ab ipsis imponatur.* O divina,
verba, digna, quæ illarum ani-
marum imprimantur cordibus,
quæ desiderant in perfectione
promoveri.

71. Revelavit DEUS Dominæ
Marinæ Escobariensi, quod, si,
secundum suam sententiam,
CHRISTUS DOMINUS noster vel-
let, ut sacra Cœna uteretur, &
Pater ejus spiritualis id impedi-
ret, eam potius sequi oporteat
sententiam Patris sui spiritualis:
& sanctus quidam descendit de
Cœlo, ut ejus rei rationem ipsi
indicaret. Erat autem ratio, quod
in primo versari error, in secun-
do non possit.

72. Omnes hortatur Spiritus
Sanctus in Proverbiis, ut con-
siliium capiamus, neque nos fi-
da-

damus nostræ prudentiæ. *Ne in-
nitaris prudentia tue* (a) & ad To-
biam dicit : Ad bene operan-
dum, nunquam proprio regaris
judicio, sed semper aliorum ex-
quiras sententiam (b) *Consilium
semper a sapiente perquire.* Etsi
Pater spiritualis in consilio labat-
tur, tu tamen errare non potes,
quando eum sequeris, quia pru-
denter agis. *Qui iudicio alterius
operatur, prudenter operatur.* Et
DEUS non permittit, ut Dire-
ctores errent, quo conservet, et-
si vel miraculis fieri deberet,
tribunal visibile Patris spiritualis,
unde tutissime cognosci queat,
quænam sit divina voluntas.

73. Non tantum autem hæc
doctrina communis est omnium
San-

(a) cap. 3.

(b) cap. 4. v. 14.

Sanctorum, omnium Doctorum,
 & Magistrorum spiritus sed &
 fidem ipsi conciliat & certitudi-
 nem CHRISTUS DOMINUS noster
 quando dixit, patres spirituales
 audiendos esse, iisque obediendum
 tanquam propriæ ipsius
 personæ: *qui vos audit me audit*
 (a) Idque adeo, quando ipso-
 rum opera non respondent ver-
 bis & consiliis, ut ex Matthæo
 constat (b) *Quæcumque dixerint*
vobis facite, secundum autem ope-
ra eorum nolite facere.

CAP. X.

Ejusdem Argumenti.

74. **A**Nima quæ sanctam ob-
 servat obedientiam possi-
 det (dicente S. Gregorio (c) om-
 nes

(a) *Luc. 10.* (b) *cap. 23. v. 3.*(c) *l. 35. in Job. c. 12.*

omnes virtutes, & remuneratur
 DEUS ejus humilitatem & obe-
 dientiam illuminando, & in-
 struendo Duce[m] ejus cujus di-
 rectioni (quod loco DEI sit) in
 omnibus & ad omnia se subjice-
 re debet, detegens libere, clare,
 fideliter & simpliciter omnes
 cogitationes, omnia opera, in-
 clinationes, inspirationes & ten-
 tationes. Hac ratione Dæmon
 animæ imponere nequit, sed ea
 potius confirmatur minime ve-
 rita ne DEO actionum, quas fa-
 cit, quasque omittit, reddere
 rationem debeat. Adeo ut qui-
 cunque absque Duce incedere
 vult, nisi jam in errore verse-
 tur, admodum illi vicinus sit;
 tentatio enim ipsi videbitur in-
 spiratio.

75. Scire debes, quod ad perfectionem non sufficiat, ut obedias Superioribus eosque honore afficias; sed necessarium etiam est, ut obedias inferioribus, eosque honores.

76. Obedientia igitur ut perfecta sit, voluntaria, pura, prompta hilaris, interior, cæca & perseverans esse debet. Voluntaria, non coacta aut timida. Pura, absque commodo terreno, absque respectu mundano, aut amore proprio, pure DEO dicata. Prompta sine exceptione, excusatione ac dilatione. Hilaris sine dolore interno, & industria. Interior, quia non tantum eam externam esse oportet & apparentem, sed animi & cordis. Cæca sine iudicio proprio, sed id una cum voluntate subjiciens voluntate-

ta-

tati ejus, e cujus pendet mandato, quæque non investiget intentionem, finem aut rationem, obedientiæ; Perseverans, cum firmitate & constantia usque ad mortem.

77. *Obedientiam* (dicente S. Bonaventura (a) *Promptam esse oportet absque dilatione, devotam sine fastidio; voluntariam sine contradictione, simplicem sine examine; perseverantem sine intervallo; ordinatam sine abruptione; sapidam sine turbatione; animosam sine pusillanimitate; & universalem sine exceptione.* Ita animum inducas, o anima benedicta; te etiam si strenue perficere velles voluntatem divinam, non inventuram esse viam nisi per obedientiam. Homo, qui se ipsum voluerit gubernare, tanquam perditus & de-

deceptus ambulat. Etsi anima gravissima habeat signa bonum esse Spiritum, qui cum ea loquatur; nisi se subiciat sententiæ Directoris spiritualis, pro dæmonio habere debet. Ita dixit Gerson (a) una cum multis aliis Magistris Spiritus.

78. Obfignabit hanc doctrinam casus quidã S. Teresiæ. Cum videret Sancta Mater, Dominam Catharinam Cardonensem in deserto vitam agere magnæ & rigorosæ pœnitentiæ, firmum cepit propositum, eam imitandi, nisi Patribus suis spiritualibus obedire maluisset; dubitanti autem an imposterum præstaret, ipsis non obedire, dixit DOMINUS:

Jam

(a) *Tract. de distinct. venarum revelat.*
n. 19.

(a) *Jam noli hoc, filia, bonam viam habes, securus esto. Vide omnem poenitentiam quam agit Domina Catharina? jam ego majoris estimo tuam obedientiam.* Inde ab illo tempore votum fecit obediendi Patri suo spirituali. Et in eadem vita cap. 26 legitur, DEUM saepenumero eam jussisse, ne intermitteret communicare totam animam suam & gratias, quas ipsi faceret, Patri suo spirituali, utque in omnibus ipsi obediret.¹

79. Ecce quam voluerit DEUS caelestem hanc gravissimamque doctrinam confirmari a S. Scriptura, a Sanctis, a Doctoribus, rationibus item & exemplis, ad evellendas penitus inimici illusiones.

CAP.

(a) *In vita ejus in additione Patris Ludovici Leonensis ad Lector.*

CAP. XI.

Quando & quibus in rebus obedientia anime interiori maxime sit necessaria.

80. **U**T scias, quando necessaria maxime sit obedientia, admonere te volo, quod, ubi majores experieris horribiles & importunas inimici suggestiones, quando sufferes majores tenebras, angustias, ariditates, & relictiones, quando magister videbis circumdatam tentationibus iræ, furoris, blasphemiarum, luxuriarum, maledictionis, tædii, desperationis, maximeque solatio omni privaberis; tunc magis tibi necessarium sit credere & obedire experto Directori, ut in sancto ipsius consilio acquiescas, nec vehementi inimici persuasione abreptus, credas in afflictione, gravique destitutione, quod

quod perdita sis, quod DEUS a te abhorreat, quod ejus gratia excideris, quodque non amplius juvet te obedientia.

81. Videbis te circumdatam gravibus & molestis scrupulis, doloribus, angustiis, martyriis, diffidentiis; deserent te creaturæ, & molestias creabunt tam acerbas, ut dolores tui videantur inconsolabiles & tormenta tua insuperabilia. O anima benedicta. Quam felix eris, si credis ductori tuo, si te subjecis obedisque! Tunc ambulabis tutior per secretam & interiorem viam noctis obscuræ, quamquam tibi videaris in errore ambulare, peior esse, quam unquam fueris, nilque videre in anima tua, quam abominationes & signa animæ damnatæ.

K 82. Evi-

82. Evidenter colliges, obfiderite, ac poffideri a dæmone; quia figna interni hujus exercitii & horribilis tribulationis ad illa proxime accedunt, quæ in invafione vehementiffima obfefforum & dæmoniacorum apparent. Credas tunc firmiter Ductori tuo, nam in obedientia, confiftit vera felicitas tua.

83. Advertendum tibi erit, dæmonem, fi viderit animam penitus fe abnegantem, ac fubmittentem obedientiæ Directoris fui, totum infernum furfum deorfum verrere, ut impediatur ipfi infinitum hoc bonum, & fanctum facrificium. Solet invidia ac furore plenus inter animam & Ductorem fpargere zizania, faciens ut anima concipiat tædium, indignationem, averfionem, repu-

p
o
&
e
V
ri
d
d
p
h
g
ri
p
p
fi
q
c
a
c
a
d
pu

pugnāntiam, diffidentiam & odium contra Ductorem suum, & interdum utitur etiam lingua ejus, ut dicat multa opprobria. Verum si Director est expertus, ridet subtiles hasce insidias, & diabolicas astutias, & quamvis dæmon magnopere laboret, ut persuadeat animabus, quæ in hoc statu versantur, variis suggestionibus, ne credant Directori, ne obediant ipsi, neque se protrahant, credere nihilominus possunt, & credunt, quantum sufficit ad obediendum, quamquam non sibi metipsis eo satisfaciant.

84. Postulabis a Ductore tuo aliquam licentiam, aut cum ipso communicabis gratiam aliquam acceptam. Si ipso licentiam tibi denegante aut faciente, ut gra-

tia tibi, ne superbus fias, evanescat, tu a consilio ejus recedis, ipsum relinquis, signum est, falsam fuisse gratiam, & in periculo versari spiritum tuum. Si autem credas & obedias, quamquam vehementissime tibi displiceat, signum est te esse vivam & male mortificatam; proficies tamen illa violenta, & rigorosa medicina, quia etsi pars inferior turbetur, ac commoveatur, pars superior tamen animæ illam amplectitur, & vult humiliari, & mortificari, quod sciat eam voluntatem divinam esse. Et quamquam tu id non cognoscas, semper tamen magis, magisque tibi satisfaciet Ductor & fiducia, quam in eo collocas.

85. Medium abnegandi amorem proprium, ac proprium de-

deponendi iudicium, est, ut quis penitus, se & vera cum summiffione Medico spirituali supponat. Si hic tibi impedit tuum gustum, aut tibi mandat id, quod non desideras, statim se tibi repræsentabunt contra sanctum consilium multa rationum falsarum, & apparentium millia, unde cognoscatur, Spiritum non esse penitus mortificatum, nec cœcum esse proprium iudicium, sed superesse capitales, promptæ & cœcæ obedientiæ, ac pacis animæ inimicos.

86. Tunc necessarium est, ut te ipsam vincas, ut superes viva illa sensa, & spernas falsas rationes, obediendo, tacendo & exequendo Sanctum consilium; hoc enim modo evellentur appetitus & proprium iudicium.

K 3

87. Ad

87. Ad hoc antiqui Patres, tanquam experti Magistri spiritus exercherunt discipulos suos variis, & extraordinariis modis. His præscripserunt, ut plantarent lactucas foliis deorsum versis; aliis ut inaquarent truncos siccos, & aliis ut nerent, & rescinderent sæpius vestem; quæ omnia sunt mirabilia, & efficaciam stratagemata ad probandam simplicem obedientiam & eradicandam funditus malam proprii iudicii ac voluntatis herbam.

CAP. XII.

Ejusdem argumenti.

88. **S**cias te ne passum quidem in via spiritus promoturum esse, quamdiu non curas, ut sævum hunc proprii iudicii hostem vincas, & anima, quæ non

non cognoscit damnum hoc, nunquam habebit remedium. ægrotus, qui morbum suum novit, certo scit, se bibere non debere, etiamsi sitiatur, & medicinam, quanquam amaram, prodesse; Ideo non credit appetitui suo, neque confidit proprio iudicio, sed subicit se experto medico cui in omnibus morem gerit, ut convalescat. Cognitio morbi juvat ipsum, ne sibi ipsi fidat, sed prudens Medici consilium sequatur.

89. Laboramus omnes morbo amoris & iudicii proprii. Omnes nobis ipsis pleni sumus. Non potest appetitus ferri, nisi in ea, quæ nobis sunt noxia, & id, quod nos juvat, displicet nobis & fastidio est. Necessè igitur est, ut ea utamur medela, quam

K 4 ægro-

ægrotus adhibet, qui convalescere cupit; Nimirum, ne credamus nostris judiciis pravisque opinionibus, sed prudenti spiritalis & experti medici sententiæ absque exceptione & excusatione, spernentes rationes apparentes amoris proprii, quod si hac ratione obediamus certo convalescemus & manus dabit proprius amor, quietis, pacis, perfectionis & spiritus inimicus.

90. Quoties tibi imposuerunt propria tua judicia? Et quoties sententiam mutasti, pudore suffusus, quod tibi ipsi credideris? Si homo quidam bis aut ter tibi imposuisset, an amplius ipsi fideres? Quare itaque confidis proprio tuo iudicio, cum toties tibi imposuerit? Noli amplius ipsi credere, o anima benedicta,
noli

noli ipsi credere, subjice te vera
 submissione, & sequere cœca
 obedientia.

91. Contenta admodum eris,
 quod habeas Ductorem exper-
 tum, & magnæ id etiam fortu-
 nâ loco habebis; sed parum te
 juvabit, si majoris æstimes tuum
 iudicium, quam ejus consilium,
 nec te cum omni veritate & sim-
 plicitate ipsi subjicias.

92. Quod si laboret gravi ali-
 quo morbo vir singularis digni-
 tatis, habeatque domi celebrem
 & expertum medicum; Hic co-
 gnoscit malum, causas, qualita-
 tes & statum ipsius, ac persuasus
 morbum curari non posse nisi
 causticis rigorosis, ordinat ta-
 men lenitiva; Hocine est alie-
 num! Satis gnarus lenitivum,
 non e refore ægroti, cauterium

autem efficax futurum esse, isthoc ipsi applicat? Facit id ideo, quia, etiamsi convalescere velit ægrotus, medicus tamen, cognoscit ejus interius, & quod non sit dispositus ad recipienda strenua ista remedia, ideoque prudenter ipsi adhibenda curat suavia ista lenitiva, quoniam, si vel maxime his non convalescat, prohibetur tamen, ne morbus cum præsentis mortis periculo sit conjunctus.

93. Quorsum optimo uteris Directore, si non veram habes submissionem? Quanquam hic sit expertus & morbum non minus, quam remedium cognoscit, non applicat tamen remedium efficax, quod maxime tibi necesse est ad abnegandam tuam voluntatem; quia cognoscit
tuum

tuum internum, tuumque spiritum, qui non est ita dispositus, ut permittat morbum proprii tui iudicii eradicari. Ita nunquam convalesces, & miraculum erit, si in gratia te conserves, cum tam sævo animæ tuæ inimico.

94. Spernet Director tuus (si expertus est) omne gratiarum genus, quamdiu non bene fundatus erit spiritus tuus. Credas ipsi; obedias ipsi, amplectere consilium ejus, quia ex hoc contemptu, si spiritus est fictitius ac diabolicus, subito cognoscetur superbia secreta, instillata & formata ab eo, qui horum spirituum personam induit. Si autem spiritus est verus, quanquam tu sentias humiliationem tibi displicere, quam maxime insigni tibi id erit utilitati.

95. Si anima delectetur æstimatione sui & cupiat, ut publice innotescant favoris, quæ a DEO accepit, documenta; nisi obediat, nec Directori credat, qui ea spernit, id omne est mendacium, & dæmonium, qui se in Angelum transformavit. Cum videt anima Directorem expertum hæc illusiones contemneret, si spiritus fuerit malus, perditur fictitia, quam ipsi monstraverat, benevolentia, & curat ille paulatim, ut ab ipso recedat, quærens alium, cui imponat; quandoquidem superbi nunquam conversantur cum iis, a quibus humiliantur; Sed contra, si Spiritus fuerit verus ac divinus, his probationibus duplicatur benevolentia & constantia, ita ut eas tolleret, ac potius propri-

prium contentum desideret unde absque illusione firmitudo, ac soliditas Spiritus perfectior redditur.

CAP. XIII.

Frequens communio est medium efficax ad acquirendas virtutes omnes, precipue autem pacem interiorem.

96. **Q**uatuor res maxime sunt necessariae ad consequendam perfectionem & pacem interiorem. Prima est oratio; secunda obedientia; tertia frequens communio; quarta mortificatio interior. Cum jam actum nobis sit de oratione & obedientia, nunc erit agere de communione.

97. Scias multas inveniri animas, quae infinitis cibi hujus pretiosi bonis se defraudant, judi-

cantes se non esse sufficienter, præparatas, & necessariam esse puritatem quandam angelicam. Si tu habes purum finem, verum desiderium, perficiendi divinum beneplacitum; Quamquam non observes sensibilem devotionem, neque tibi metipsum satisfacias, accede secure; nam bene es disposita.

98. In hoc scopulo desiderii, perficiendi divinam voluntatem, rumpi oportet omnes difficultates, & vinci omnes scrupulos, tentationes, dubia, timores, repugnantias & contradictiones. Et quanquam optima sit præparatio, si anima frequenter utatur sacra cœna, cum una communio dispositio sit ad alteram, nihil ominis duas præparationes tibi significabo. Prima
ani-

animabus exterioribus convenit, quæ bonum habent desiderium & voluntatem; Secunda spiritualibus, quæ vivunt interne & majus habent lumen DEI, ejus mysteriorum, operationum, & sacramentorum.

99. Præparatio, quæ animabus exterioribus competit, consistit in eo, ut confiteantur, removeant se a creaturis ante communionem, stent in silentio, considerantes id, quod accipiendum est, & quis sit ille, qui id accipere debeat, quodque nunc gravissimum aggrediantur negotium, quæle omnino est, summum DEUM accipere. Quam singularis favor sit, quod permittat, ut accipiatur puritas ipsa ab immunditia? Majestas a vilitate? Et creator a creatura?

100. Secunda præparatio, quæ ad animas spectat interiores & spirituales, in eo consistere debet, ut majori in puritate vivere nitantur, majori cum abnegatione sui ipsius, totali cum alienatione, cum interiori mortificatione, & continuo secessu. Et quæ hac ratione ambulant, non necesse habent, ut actualiter se præparent, quandoquidem vita ipsorum est continua & perfecta præparatio.

101. Si in anima tua non agnoscas has virtutes, eam ipsam ob causam accedendum tibi sæpius est ad supremam hanc mensam, quo eas acquiras. Non impediat te, quod te videas aridam, ac sentias tuos defectus ac frigus, quoniam frequens communio re-

re-

remedium est, quod defectus sanat & virtutes auget. Eoip nomine, quod ægrotus sis, accedere debes Medicum, & quod frigeas, ad ignem.

102. Si accedis cum humilitate, cum desiderio perficiendi divinam voluntatem, & permitte Confessore; quando hic id approbaverit, quotidie id etiam accipere potes, & quotidie redderis melior, fructusque novos percipies. Noli perturbari, si amorem illum affectuosum & sensibilem, quem quidam dicunt esse necessarium, in te non videas, quoniam affectus hic sensitivus non est perfectus, & ordinarie confertur animabus debilibus & delicatis.

103. Dices, quod male te sentias dispositam, absque devotio-

tione, absque fervore, imo absque desiderio divini hujus cibi; Quomodo igitur eum te accipere oporteat frequenter? Certum tibi sit, nihil harum rerum te impedire, aut tibi nocere, dummodo habeas firmum propositum non peccandi, & stet sententia, fugiendi omne offensionis genus; Et si res omnes quarum fueris recordata, confessa es, noli dubitare, quin bene sis præparata, ut ad cœlestem hanc & divinam accedas mensam.

CAP. XIV.

Ejusdem Argumenti.

104. **S**cire debebis, in ineffabili hoc sacramento uniri CHRISTUM cum anima, ac se unam eandemque rem cum ipsa facere, cujus sublimitas est altissima

ma

ma & dignissima res admiratione, consideratione, & gratitudine. Magna fuit amoris sublimitas, quod factus sit homo; major quod nostri gratia mortuus ignominiose in cruce, sed quod se totum homini præbeat in hoc admirabili sacramento, comparisonem non admittit. Hic est singularis favor & infinita sublimitas; quoniam hic non plus est quod dari, nec plus, quod accipi posset. O si id penetrarem! O si id cognosceremus!

105. DEUM, cum sit is, qui est, velle se communicare animæ meæ! velle DEUM facere reciprocum unionis vinculum, cum ipsa, cum ea sit ipsissima, miseria! O animæ, si comederemus in hac cœlesti mensa. O si
nos

nos combureremus in hoc ardenti rogo! O si fieremus unus idemque cum hoc supremo DOMINO spiritus. Quis nos detinet? quis nobis imponit! Quis nos differt, quo minus Salamandræ instar in igne divino sanctæ hujus mensæ comburamur!

106. Verum est DOMINE, quod intres in me totum miserabilem, sed verum id quoque est, quod remaneas in tua gloria, in tuis splendoribus, & in te ipso. Recipias me itaque mi JESU, in te ipso, in tua pulchritudine & majestate. Infinite exulto, quod vilitas animæ meæ non detrahat tuæ pulchritudini. Intra igitur in me, ut a te non exeas, vive mediis in splendoribus tuis, tuæque magnificentia, quanquam sis mea in obscuritate & miseria.

107. O mea anima quam grandis est tua vilitas (a)! Quam gravis tua paupertas! Quid est, o DOMINE, homo, ut ejus recorderis! Ut ita visites ipsum & magnum facias! Quis est homo, ut tanti ipsum æstimes, & in ipso habere velis tuas delicias, & habitare personaliter in ipso tuis magnitudinibus; quomodo DOMINE, miserabilis creatura, accipere poterit infinitam potestatem. Humilies te anima mea, usq; ad profundum nihili! Confitearis tuam indignitatem, intuearis tuam miseriam, & agnoscas miraculum divini amoris, qui demittit se (vilem se fieri finit) in hoc incomprehensibili mysterio, ut tecum se communicet & uniat.

108. Q

(a) Job. 2.

108. O magnitudo amoris!
 quod inveniatur amantissimus
 Jesus in parva hostia! Quod sub-
 jiciat se certo quodam modo lu-
 mini se totum præbens & sacrifi-
 cans se pro ipso æterno Patri! O
 DOMINE supreme, retine fortiter
 cor meum, ne unquam re-
 vertatur ad imperfectam liberta-
 tem suam, sed totum annihila-
 tum moriatur mundo & tecum
 permaneat.

109. Si obtinere vis in summo
 gradu omnes virtutes, veni ani-
 ma benedicta! veni frequenter
 ad sanctam hanc mensam, quia
 in hac habent omnes suam per-
 manentiam. Fruere, o anima!
 cibo hoc cœlesti, comede & per-
 severa, veni cum humilitate,
 veni cum fide, ut ciberis albo ac
 divino pane; Quoniam hæc est
 pha-

pharetra animæ, unde amor
promit sagittas suas, dicens: Ve-
ni anima & comede cibum hunc
sapidum, si acquirere vis purita-
tem, charitatem, castitatem,
lucem, vigorem, perfectionem
& pacem.

CAP. XV.

*Declaratur quo tempore usurpari debeant
spirituales & corporales pœnitentiæ,
& quam noxiæ sint, si inconsiderate
instituantur secundum proprium ju-
dicium & sententiam.*

no. **S**ciendum est inveniri quas-
dam animas, quæ nimios
facturæ in sanctitate progressus,
valde in ea rejiciuntur, pœniten-
tiis inconsideratis operam dan-
do; illis non abfimiles, qui ul-
tra vires suas cantaturi; dum eas,
quas habent vires ob debilitatem
ex-

exhauriunt, pessime canunt,
cum optime voluerint.

III. In hoc præcipitium multi
inciderunt, gravati submittere
propriam iudicium suum Patri-
bus spiritualibus; Cum ipsis vi-
deatur, nisi se quasi prædæ ex-
ponant rigidis pœnitentiis, nun-
quam eo se esse perventuras, ut
sint sanctæ; quasi vero in his so-
lis consisteret sanctitas. Dicunt,
qui pauca seminat, pauca metit,
sed ipsi non seminant alia semen-
ta inconsideratis suis pœnitentiis,
quam amorem proprium, cum
deberent eum eradicare.

III. Sed pessimum, quod in
inconsideratis hisce pœnitentiis
evenit, est, quod usu horum
aridorum & sterilium rigorum
gignitur, & quasi naturalis red-
ditur cordis quædam amaritudo,
tam

tam erga se quam erga proximum a vero spiritu alienissima. Erga se, quia non experiuntur suavitatem jugi CHRISTI & dulcedinem charitatis, sed tantum asperitatem pœnitentiarum, unde natura redditur exacerbata; Unde id quoque sequitur, ut tales quoque aspere agere incipiant cum proximis, notare & reprehendere vehementer ipsorum defectus, habere eos pro imperfectis & defectuum plenis, eam ipsam ob rationem, quod videant eos incedere alia via, ea qua ipsi incedunt minus rigida. Inde oritur superbia quædam, una cum ipsis pœnitentiæ exercitiis, cum tam paucos videant ea æmulari, ac reputent se aliis meliores, unde in virtute multum deficiunt; inde invidia aliorum,

L

rum,

rum, quod eos videant minus pœnitentes, DEOQUE magis acceptos: Clarum indicium, quod collocent fiduciam suam in propriis diligentis.

113. Alimentum animæ est oratio, & anima orationis est interna mortificatio; quia, quam bonæ, sanctæ & laudabiles etiam sint pœnitentiæ corporales, & reliqua exercitia omnia, quibus caro castigatur (modo quisque ea secundum statum & conditionem suam ac sententiam directoris spiritualis confiderate moderetur) nihilominus per ea nullam lucraberis virtutem, sed nisi vanitatem & ventum vanæ alicujus gloriæ, nisi ex interno nascantur. Ideo nunc scias, quo tempore uti te oporteat præcipue externis pœnitentiis.

114. Quan-

114. Quando anima incipit a mundo & vitio se retrahere, domare corpus debet cum rigore, ut spiritui se subjiciat, & haud ægre sequatur legem DEI. Juvat hic tractare arma cilicii, jejunii, & disciplinæ, ut e carne tollantur radices peccati. Sed quando anima viam spiritus jam ingreditur, amplectens internam mortificationem, temperari oportet pœnitentias corporis, quod a Spiritu satis jam exerceatur. Cor debilitatur, patitur, pectus, cerebrum fatigatur, totum corpus gravatur, & inhabilis redditur ad functiones animæ peragendas.

115. Sapiens igitur & expertus Director advertere debet, hisce animabus non esse permittendum, ut exequantur excessus

pœnitentiæ corporalis & exterioris, ad quos eas commovet magna DEI æstimatio, quam concipiunt in interno secessu tenebricoso & purgativo; Quia non interest, consumere corpus & spiritum uno eodemque tempore, aut vires imminuere rigorosis & excessivis pœnitentiis, quandoquidem per internam mortificationem paulatim diminuuntur. Propterea dixit egregie sanctus Ignatius Loiola in exercitiis suis; *in via purgativa necessarias esse pœnitentias corporales, in illuminativa earum moderatione opus esse & multo magis in unitiva.*

116. Cæterum dices, sanctos semper usos fuisse horribilibus pœnitentiis. Respondeo, quod eas non instituerint inconsiderate, nec secundum proprium iudicium.

dicium, sed consultis superioribus suis & Directoribus spirituales, qui eas ipsis permiserunt, cognoscentes eos a DOMINO interius permoveri ad illas tam rigidas pœnitentias, ut peccatoribus miserum, in quo vivunt, statum commonstrantes, suo exemplo pudorem incuterent, vel alias etiam ob causas complures. Interdum eas ipsis permiserunt, ut humiliarent fervorem spiritus, & raptus quodam quasi libramine moderarentur. Quæ omnes causæ sunt particulares, quæ non omnibus regulam generalem præbere possunt.

CAP. XVI.

Differentia insignis, quæ intercedit inter pœnitentias externas & internas.

117. **S**Cias leves admodum esse
L 3 mor-

mortificationes, & pœnitentias, quas homo ex proprio institutoprehendit (quanquam rigorosissimæ sint, quæ factæ sint unquam) si cum iis comparentur, quas ab alterius manu sustinet; Quandoquidem in illis ipse, & propria ejus voluntas ingreditur, qui dolorem, quo magis est voluntarius, eo magis imminuunt, quia facit tandem id, quod vult. Sed in his omne, quod suffertur, molestum est. Modus etiam ipse molestus est, quo suffertur, nēpe propter alterius volūtatē.

118. Id ipsum est, quod CHRISTUS DOMINUS noster dixit S. Petro, & in ipso omnibus, tanquam capiti totius Ecclesiæ (a) *cum es junior & tyro in virtute, cingebas te, & mortificabas; Sed quando transibis ad scholas majores, & jam*

(a) Job. 21. v. 18.

*profectior eris in virtute, alius te
cinget, & mortificabit: Et si tunc
perfecte me volueris sequi, te
ipsum abnegando penitus, hanc
crucem tuam relinquere debes,
& meam apprehendere, hoc est,
contentus esse debes, ut alius te
mortificet, ac crucifigat.*

119. Nihil ibi erit discriminis
inter hos & illos, inter patrem
tuum & filium tuum; amicum
tuum, tuumque fratrem. Hos
primos esse oportet, qui te mor-
tificent, aut contra te insurgant,
vel aliquo, vel nullo tuo merito,
cum virtus animæ tuæ ipsis vide-
bitur error, hypocrisis, aut im-
prudencia & obstacula objicient
sanctis tuis exercitiis. Hæc &
multa alia tibi evenient si animi-
tus servire DOMINO, & ipsius ma-
nui purificandum te præbere vo-
lueris.

120. Persuasum habeas, ut ut bonæ sint mortificationes, & externæ pœnitentiæ, quas tu ipse propria manu apprehendes; Non acquisiturum te esse per illas solas perfectionem; quandoquidem etsi corpus doment, tamen non purificant animam, nec purgant internas passiones, quæ realiter impediunt perfectam contemplationem & divinam unionem.

121. Facillimum est, mediante spiritu, mortificare corpus, sed non item mediante corpore, spiritum. Verum est in mortificatione interna & spiritus, ut vincantur passiones, & eradicentur, proprius amor & iudicium, interesse, ut quis fatigetur usque ad mortem, absque passione ulla, quanquam anima
in

in altissimo se habeat statu: ideoque in interna mortificatione, principalis adhibenda est diligentia; quia non sufficit corporalis & externa, quanquam bona sit & sancta.

122. Quamvis aliquis in se recipiat pœnas omnium simul hominum & vacet asperrimis, quæ in Ecclesia DEI adhuc fieri poterint, pœnitentiis, nisi se abneget, & mortificet mortificatione interna, a perfectione erit remotissimus.

123. Ad evincendam hujus rei veritatem insigni argumento esse potest, magnum illud, quod contingit B. Henrico Susoni, cui, postquam viginti annos in rigorosis ciliciis, Disciplinis & abstinentiis tantis, ut vel sola earum lectio horrorem incutiat, exe-

gisset, DEUS lucem mediante, quadam Ecstasi communicavit, qua cognovit, se ne quidem fecisse initium, & ita evenit, ut ad perfectionem non pertingeret, usque dum DOMINUS ipsum mortificaret (a) tentationibus & persecutionibus magnis. Hoc ipso evidenter cognosces differentiam insignem, quæ intercedit inter pœnitentias externas & internas, & inter internam, & externam mortificationem.

CAP. XVII.

Quomodo se gerere debeat anima, si defectus aliquos admiserit, ne inquietetur, sed fructum inde capiat.

124. **S**I in defectum aliquem incideris, quacunquē in re sit, noli perturbari aut contristari,

(a) In vita ejus cap. 23.

ri, quia effectus sunt debilis natura, culpa originali maculata, adeoque ad malum propensa, ut specialissima gratia & privilegio opus habeat, quale habuit sanctissima virgo, & libera fit, & exempta culpis venialibus. (a)

125. Si defectum aut negligentiam aliquam incurrens, inquietaris aut alteraris, manifestum signum est, secretam superbiam nihilominus in anima tua regnare. Num credis futurum, ut non amplius labaris in defectus & fragilitates? Si permittit DOMINUS ut etiam sanctissimi & perfectissimi aliquando labantur, & semper aliquid habeant residui ex ipso tyrocinii tempore, ut eo magis in securo eos collocet, &

L 6 hu-

(a) Concil. Trid. Sess. 6. Can. 23.

humiliet, & ne, in defectus principiorum subinde relapsi, advertant, se a statu incipientium recessisse.

126. Tu igitur quid miraberis, si in levem aliquem defectum aut fragilitatem incurras? Humilia te; cognosce miseriam tuam, DEOQUE gratias age quod ab infinitis culpis te immunem præstiterit, in quas infallibiliter incidisses, & incideres secundum propensionem tuam & appetitum. Quid sperari potest a lubrica naturæ nostræ terra, nisi stirpes; tribuli & spinæ? Miraculum est divinæ gratiæ, quod non omni momento in culpas labamur innumerabiles. Scandalizaremus totum mundum, nisi DEUS continuo nos manu sua obtegeret.

127. Per-

127. Persuadebit tibi subito communis inimicus, cum in defectum aliquem lapsa fueris, te in via spiritus non bene esse fundatam, versari in errore, non emendasse te serio, non fecisse te confessionem generalem, non affectam fuisse vero dolore, esse propterea extra DEUM & ejus gratiam, & si interdum reiterabis infortunato defectum venialem; quantos timores, perturbationes, pudactiones, pusillanimitates, quamque varios discursus in cor tuum immittet Diabolus & repræsentabit tibi, quod frustra tempus infumas; quod nihil agas; quod Oratio tua careat fructu; quod non præpares te uti fas erat ad recipiendam divinam Eucharistiam; quod non

te mortifices, sicut quotidie. DEO promittis, quod oratio & communio absque mortificatione sit pura vanitas. Eo ipso id efficiet, ut diffidas divinæ gratiæ ac representabit tibi tuam miseriam, ad instar gigantis, significans, tantum abesse ut proficiat anima tua, ut quotidie in pejus ruat, tot relapsuum real.

128. O anima benedicta, aperi oculos, ne te abripi patiaris seductoriis & inauratis Satanaë inspirationibus, qui procurare nititur perniciem tuam animique abjectionem falsis hisce & apparentibus rationibus, abrumpe istos discursus & considerationes, & claude portam omnibus istis vanis cogitationibus & diabolicis suggestionibus. De-

Deponas vanos istos timores, & abjectum animum resume, non tuæ ignarus miseræ & divinæ misericordiæ confisus, & si cras iterum laberis ut hodie, iterum confide semper in suprema illa & plusquam infinita bonitate, quæ adeo prompta est, ut obliviscatur nostrorum defectuum, nosque in amplexus suos recipiat tanquam amatos filios.

CAP. XIX.

Agit de eodem.

129. **S**emper itaque, ubi te aliquem in defectum videris prolapsum, absque jactura temporis nec formatis super lapsum tuum discursibus, abigere debes vanum timorem, & ignaviam, nec inquietari aut alterari, sed defectus tui cum humi-
li-

litate memor, animadvertens tuam miseriam, fiducia aman-
tissima in DOMINUM te projici-
ens, in ejus te præsentia sistens,
& veniam animitus & absque
verborum strepitu ab ipso flagi-
tans, quieta saltim maneat, dum
id agis, nec disquiras, veniam
dederit nec ne, reversura mox
ad exercitia tua & relectio-
nem, plane ac si lapsa non esses.

130. Annon stolidus ille foret,
qui suscepta cum aliis decursio-
ne medio in stadio lapsus, sub-
sisteret in loco illo, querulisque
verbis de lapsu suo anxie disse-
reret: Homo (acclamarent re-
liqui) noli tempus perdere, sur-
ge, & cursum perfice, nam si
quis celeriter surgat, & conti-
nuet cursum perinde est, ac si
non cecidisset.

131. Si

131. Si pervenire cupias ad altum perfectionis & internæ pacis gradum, conjicias gladium fiduciæ in divinam bonitatem, & noctu & interdiu, & quotiescunque lapsus fueris. Humilem hanc & amicabilem conversationem, & totalem confidentiam in divina misericordia, exercere te oportet in omnibus defectibus, imperfectionibus & culpis; quas vel præsentem animo vel non advertente admittes.

132. Et quanquam sæpius cadas, & videas tuam pusillanimitatem, cura ut bono sis animo, nec dolore afficiaris; quoniam DEUS interdum id, quod quadraginta non fecit annis, facit uno instanti, singulari quodam mysterio, ut vivamus demissi

missi & humiliati & cognoscamus esse opus potentis manus ejus quod nos liberet a defectibus.

133. Vult etiam DEUS secundum ineffabilem suam sapientiam, ut non tantum virtutes, sed etiam vitia & affectus quibus curat dæmon & præterdit nos usque ad abyssum prostertere, scala nobis sint qua in cælum ascendamus. *Ascendamus etiam per vitia & passiones nostras:* dicit S. Augustinus. (a) Ne ex medicina faciamus venenum, & ex virtutibus vitia, vani per eas fiendo; vult DEUS ex vitiis facere virtutes, sanans nos eo ipso, quod nocere nobis debebat. Ita dicit S. Gregorius, (b)

Quia

(a) *Serm. 3. de ascens.*

(b) *Lib. 37. cap. 17.*

Quia ergo nos de medicamento vulnus facimus, facit ille de vulnere medicamentum, ut qui virtute percutimur vitio curemur.

134. Per lapsus minores ostendit nobis DOMINUS quod Majestati ejus acceptum ferendum sit, quod liberemur a magnis: hoc pacto nos retinet humiliatos & vigilantes, quo maxime opus habet superba nostra natura. At tamen, etiamsi multa cura ambulandum tibi sit, ne in defectum aliquem aut imperfectionem incurras, si te semel aut millies videris lapsum, utendum tibi est remedio, quod tibi indicavi, hoc est locanda in divina misericordia fiducia aman- tissima. Hæc arma sunt, quibus oppugnare debes, & vincere, ignaviam, & vanas cogitationes.

Hoc

Hoc medium est, quo uti debes ne perdas tempus, ne inquieteris, & ut proficias. Hic thesaurus est, quo ditare debes animam tuam. Et hac tandem via conscendere te oportet altum perfectionis, tranquillitatis, & pacis interioris montem,



MANUDUCTIO

SPIRITUALIS

Animæ ad acquirendam
pacem interiorem.

LIBER TERTIUS.

*De martyriis spiritualibus, quibus
DEUS animas purgat; de con-
templatione infusa & passiva de
resignatione perfecta, humilitate
interna, divina sapientia,*
vera

vera annihilatione & pace interiori.

CAP. I.

Differentia hominis exterioris ab interiore.

I. **D**UO hominum spiritualium genera inveniuntur, interiores alii, alii exteriores: Hi quærent DEUM foris, discursu, imaginatione & consideratione; instituunt magno conatu, ut, virtutem consequantur, multas abstinentias, macerationem corporis, & mortificationem sensuum, rigorosæ se dedunt pœnitentiæ, induuntur ciliciis, castigant carnem disciplinis, procurant silentium & circumferunt præsentiam DEI, eum sibi in idea aut imaginatione præsentem concipientes, nunc tanquam pastorem, nunc tanquam

me-

medicum, & nunc tanquam patrem & DOMINUM; delectantur continuis de DEO sermonibus iterando sæpius ferventes amoris actus, & hoc omne artis est, & meditationis. Hac via excellentiã affectant, & voluntariis & exterioribus mortificationibus premunt vestigia sensibilibus affectuum, & fervidorum sensuum, cum ipsis videatur tantummodo in eorum perceptione DEUS in ipsis residere. Hæc est via exterior & incipientium, & quamquam bona sit, ea tamen ad perfectionem non pervenietur, imo ne passus quidem eo promovebitur, ut in multis ostendit experientia, qui post 50. annos exercitii hujus exterioris vident se DEO vacuos, semetipsis plenos,
fo.

solumque nomen spiritualium habentes.

2. Alii sunt veri spirituales, quia superarunt principia vice interioris, quæ ad perfectionem & unionem cum DEO ducit; Et ad quam eos vocavit DOMINUS, ex infinita sua misericordia ab exteriori illa via, in qua antea se exercebant. Hi in internum animarum suarum secedentes, cum vera resignatione in manus DEI, cum exspoliatione & oblivione totali etiam sui ipsius, semper incedunt spiritu ad præsentiam DOMINI sublevato, mediante fide pura, absque imagine, forma aut figura, sed magna cum securitate, quæ fundata est in tranquillitate & quiete interiori. In cujus infusam recollectionem pertrahit spiritum tanta vi,

ut faciat ibi intus recolligere animam, cor, corpus, & omnes vires corporales.

3. Hæ animæ, utpote quæ jam tum per interiorem mortificationem transiverunt, & a Deo purgatæ fuerunt igne tribulationis infinitis & horribilibus tormentis, quæ omnia ab ipsius manu fuerunt ordinata & proprius more, jam dominantur, in semet ipsis; quia in omnibus se vicerunt & abnegarunt, unde vivunt magna in requie & pace interiori. Et quanquam multis in occasionibus sentiant repugnantiam & tentationes, victoriam tamen cito obtinent; quia cum animæ sunt probatæ, divinaque virtute præditæ; motus affectuum durare nequeunt: Et quanquam perseverare multum
tem.

temporis possint vehementes tentationes, & molestæ suggestiones inimici, omnes tamen vincuntur infinito cum lucro, cum DEUS ipse in iis pugnet.

4. Istæ animæ jam consecutæ sunt magnum lumen, veramque cognitionem CHRISTI DOMINI nostri, tam divinitatis ejus quam humanitatis. Exercent hanc infusam cognitionem, silentio quieto, in interiori recollectione, & in parte animæ suæ superiori, spiritu libero, imaginibus, & externis representationibus, amore puro & omnibus creaturis spoliato. E-rigunt se etiam ab actionibus exterioribus ad amorem humanitatis & divinitatis; Obliviscuntur ejus, quo fruuntur, & in omnibus experiuntur, quod a-

M ment

ment DEUM suum , toto corde
& spiritu.

5. Felices hæ & elevatæ ani-
mæ nulla re mundana gaudent,
excepto contemptu , & quod vi-
deant se solas , & ab omnibus
desertas & oblivioni traditas.
Vivunt adeo alienatæ , ut quan-
quam continuo accipiant mul-
tas gratias supernaturales , non
mutentur, nec ad illas inclinent,
non aliter ac si nunquam eas
accepissent , conservantes sem-
per in intimo cordis magnam
humilitatem & contemptum sui
ipfius , semper humiliatæ in
abyffo propriæ indignitatis &
vilitatis. Eodem modo sunt
quietæ , serenæ & æquali animo
tam erga gratias & extra-
ordinaria benevolentia divi-
næ documenta , quam in ma-
xi-

xime rigorosis & acerbis tormentis. Nihil novi est quo gaudeant; non casus, quo contristentur; tribulationes eas non disturbant, nec interior, continua, & divina communicatio vanas eas reddit, cum, semper plenæ maneant sancto & filiali timore pace quadam, miraculosa constantia & serenitate perfruentes.

CAP. II.

Ejusdem Argumenti.

6. IN via exteriori solliciti sunt, ut actus omnium virtutum, continuos instituant, unam post alteram exercentes, ut omnes tandem consequantur. Purgantur imperfectiones, industria ad earum destructionem, proportionata. Curant ut extirpent

M 2 pent

pent adhæſiones, unam poſt alteram, differenti & contrario exercitio; ſed nihil conſequuntur omni labore ſuo quo ſe fatigant; Quia facere nihil poſſumus, quod non ſit cum imperfectione & miſeria conjunctum.

7. Sed in via interiori & in recollectione amantiſſima in divina præſentia, uti DOMINUS ipſe operatur, ita ſtabilitur virtus, adhæſiones eradicantur, deſtruuntur imperfectiones, & evelluntur paſſiones; unde anima inopinato ſe videt liberam & alienatam; quando ſe repræſentant occaſiones, & ſi nunquam animo concepiffet bonum quod DEUS ex infinita ſua miſericordia ipſi præparavit.

8. Sciendum eſt, hæſce animas, quanquam adeo perfectas, ut.

utpote quæ habent verum lumen DEI, hoc ipso cognoscere profunde suam miseriam, debilitatem & imperfectiones, & quantum adhuc ipsis desit, ut ad perfectionem perveniant, cujus viam ingressæ sunt; & angere & abhorrere a semetipsis, & exercere se in amantissimo DEI timore, & in proprio contemptu, sed non sine vera quadam spe in DEUM, & diffidentia sui. Quo magis se humiliant vero contemptu, & propria cognitione, eo magis placent DEO, & eo perveniunt, ut singulari cum respectu & veneratione in ipsius constantur præsentia. Omnia bona opera, quæ faciunt, & omne, quod continuo patiuntur tam in interiori, quam in exteriori, ni-

hili æstimant coram divina illa
præsentia collocati.

Continuum eorum exerci-
tium est, intrare intra se, in
DEUM, cum quiete & silentio,
quia ibi ejus est centrum, habi-
tatio & deliciae, majoris æsti-
mant interiorem hunc secessum
quam sermonem de DEO. Se-
cedunt in illud interius & secre-
tum animæ centrum, ad co-
gnoscendum DEUM, & accipi-
endam divinam ejus influenti-
am, cum timore & amantissima
reverentia: Si foris prodeant,
prodeunt solummodo ad cog-
nitionem & contemptum sui ipsius.

Scias tamen, paucas esse ani-
mas, quæ ad fortunatum hunc
pertingant statum; Quoniam
paucæ sunt illæ, quæ amplecti
velint contemptum, & permit-
te-

tere ut expurgentur & purificentur; quam ob causam, quamquam multæ sint, quæ viam hanc interiorem ingrediuntur, rara tamen est illa, quæ ulterius progreditur, & non in principis subsistit. Dixit DOMINUS animæ alicui: *Hec via interior est paucorum & raro teritur; Et gratia tam est alta, ut nemo eam mercatur: Paucorum est; quod hec via nihil sit aliud quam mors quadam sensuum; pauci autem sunt, qui velint ita mori & annihilari, qua in dispositione fundatur donum hoc tam excelsum.*

10. Hisce præsuppositis, errorem facile depones & cognosces tandem differentiam insignem, quæ intercedit inter viam exteriorem & interiorem, & quam diversa sit præsentia DEI, quæ nascitur a meditatione, a

præsentia DEI infusa & supernaturali, nata ab interiori & infusa recollectione, & a passiva contemplatione, & perspicieret tandem, quantum distet homo exterior ab interiori.

CAP. III.

Medium ad consequendam pacem interiorem, non est gustus sensibilis, nec consolatio spiritalis, sed abnegatio amoris proprii.

II. **D**icit S. Bernardus servire DEO, nihil aliud esse quam bene agere & malum pati. Errat qui ad perfectionem contendit per dulcedinem & consolationem. A DEO non requiri debet alia consolatio, quam ut ob amorem ipsius finiamus vitam, in statu veræ obedientiæ & subjectionis. VIA CHRISTI
-311- P M Do-

DOMINI nostri non fuit via dulcedinis & suavitatis, neque ad hanc invitavit verbis suis suoque exemplo, quando dixit (a) *qui vult venire ad me, abneget se ipsum, accipiat crucem suam & sequatur me.* Animæ, quæ vult uniri cum CHRISTO convenit, ut cum ipso confirmetur, ipsum sequens per viam passionis.

12. Cum vix primis labris degustaveris dulcedinem divini amoris in oratione, inimicus astutia sua te circumventurus accendet in corde tuo desideria deserti & solitudinis, ut possis absque impedimento ullo explicare vela continuæ & gustuosæ seu sapidæ orationis. Aperias oculos & animadverras consilium hoc & desiderium non con-

M 5 for-

(a) *Matth. 24. v. 26.*

forme esse consilio vero CHRISTI DOMINI nostri, qui non invitavit nos, ut sequeremur dulcedinem & consolationem propriae voluntatis, sed potius ad propriam abnegationem, dicens: *abneget semetipsum.* Quasi diceret, qui voluerit sequi me, & venire ad perfectionem, vendat penitus proprium arbitrium, & omnia relinquens, supponat se iugo obedientiae & subjectionis, per propriam abnegationem, quae est verissima crux.

13. Multae animae DEO se vident dicatas, qui a divina manu magna accipiunt sensa, visiones, & elevationes mentales, & nihilominus DOMINUS ipsis non communicavit gratiam patranda miracula, penetrandi inabscondita secreta, & denunciandi futuros eventus, ut aliis animabus,

bus, quæ constanter superata, tribulatione, tentatione, & vera cruce pervenerunt ad statum perfectæ humilitatis, obedientiæ & subjectionis.

14. Quam insignis animæ felicitas est, si fuerit subdita & subiecta? Quantæ divitiæ, si fuerit paupera? Quantus honor si contemnatur? Quanta altitudo, si prosternatur? Quanta consolatio, si angatur? Quam sublimis scientia si habeatur pro rerum omnium ignara? Et tandem, quam excelsa felicitas, si cum CHRISTO crucifigatur. Hæc felicitas illa est, de qua gloriatur Apostolus. (a) *Nos autem gloriari oportet in cruce DOMINI nostri JESU CHRISTI.* Glorientur modo reliqui suis divitiis, dignitatibus, deliciis & honoribus; nobis enim nihil ma-

M 6 jori

(a) Gal. 1. v. 4.

jori est honori, quam cum CHRISTO abnegari, sperni & crucifigi.

15. Sed eheu! vix una invenietur anima, quæ contemnat gustus spirituales, & propter CHRISTUM se velit abnegare, amore amplectens crucem ejus.

Multi sunt vocati, pauci vero electi, (a) dicit Spiritus sanctus. Multi ad perfectionem vocantur, sed pauci sunt, qui ad eam perveniunt; quia pauci sunt, qui amplectuntur crucem patientia, constantia, pace & resignatione.

16. Se ipsum in omnibus abnegare, alterius sententiæ se subicere, mortificare continuo omnes passiones internas, annihilare in omnibus & ad omnia se ipsum, sequi semper id, quod contrarium est propriæ voluntati, appetitui & judicio proprio paucorum est: Multi sunt, qui

(a) *Matth. 22.*

id docent, sed pauci, qui faciunt. Multæ animæ aggressæ sunt, & quotidie aggrediuntur hanc viam, & perseverant, quamdiu gustant suavissimam dulcedinem mellis primi fervoris; Sed hæc suavitas & sensibilis hic gustus vix cessarunt, cum irruente tempestate tribulationis, tentationis & ariditatum (quæ sunt, necessariae ad conscendendum altum perfectionis montem) declinant, & humeros viæ subtrahunt, signum manifestum, quod se ipsas quæsiverunt, non DEUM, nec perfectionem.

17. Utinam animæ, quæ habuerunt lumen, & ad pacem interiorum fuerunt vocatæ, & ex inconstantia, in ariditatibus, & in tribulatione ac tentatione, terga verterunt; Non jacerentur, in tenebras exteriores æque ac

M 7 ille

ille, qui sine veste nuptiali comparebat. Etsi enim & ipse servus esset, tamen non digne præparatus accesserat, sui ipsius amore abreptus.

18. Monstrum hoc debellandum est; Septem hydræ hujus capita amoris proprii sunt tollenda, ut ad verticem alti montis pacis perveniamus. Ubique se ingerit hoc monstrum: modo se introducit inter parentes, quorum conversatio insigni est impedimento, utpote ad quam sponte sua natura fertur: Nunc bonam præferens faciem gratitudinis, immiscet se benevolentiaë vehementissimæ & illimitatæ erga Confessorem: modo prodit se in frequenti affectatione vanæ gloriæ spiritualis subtilissimæ & temporalis, honorisque leviusculi, quæ omnia offi-
bus

bus affixa inhærent. Nunc gustus sectatur spirituales; defixum etiam in ipsa DEI dona, & gratias gratis collatas: modo suæ conservationem salutis quodam cum excessu desiderat, & quanquam id dissimulet, bene tractari, commodaque frui vita exoptat: interdum subtilitatibus sic satis delicatis vestita, quandam boni faciem induit: denique in omnibus eo præcipue propendet, ut proprio iudicio ac opinioni obsequatur, quæ in ipsis propriæ voluntatis quasi visceribus radices egerunt. Sunt hi omnes effectus amoris proprii, qui nisi abnegentur, impossibile est, ut quis ascendat ad altitudinem perfectæ contemplationis, ad summam amabilis unionis felicitatē, & ad sublimem thronum pacis interioris.

CAP.

CAP. IV.

*De duobus martyriis spiritualibus, quibus
DEUS animam purgat, quam secum
unire cupit.*

29. **P**orro scias, DEUM duobus
uti modis solere purgandi
animas, quas perfectas redditu-
rus, & illuminaturus est, ut
eas arctius secum uniat. Pri-
mus (de quo in præsentì age-
mus, & sequenti capite) est,
amaris aquis afflictionum, ten-
tationum, angustiarum, oppres-
sionum, & tormentorum inte-
riorum. Secundus, igni ar-
dente inflammati amoris, im-
patientie & famelico. Interdum
utroque utitur in illis animabus,
quas perfectionibus cumulatu-
rus est. Nunc eas immittit stre-
nuo lixivio tribulationum & a-
maritudinum internarum & ex-
ter-

ternarum, igne rigorosæ tenta-
tionis eas comburens: nunc in
crucibulo amoris anxiosi & ze-
losi vehementissime eas strin-
gens; quia, quo majorem DO-
MINUS intendit illuminationem,
& unionem animæ, eo omni-
no vehementius est tormen-
tum, & purgatio; quandoqui-
dem omnis cognitio & unio
cum DEO nascitur a patiēdo,
quæ vera est amoris probatio.

20. O si intelligerem insignes
utilitates tribulationis! Hanc &
illam, quæ delet peccata, pur-
gat animam & operatur patienti-
am: Hæc in oratione inflam-
mat, eam dilatat, facitque ut
exerceat actum charitatis maxi-
me sublimem; Hæc reficit ani-
mam, DEO admovet, eamque
clamare facit & intrare Cælum.

Ea

Ea ipsa quoque illa est, quæ probat veros DOMINI servos eosque reddit sapientes, validos & constantes. Ea facit, ut DEUS nos cito exaudiat: *Ad DOMINUM, cum tribularer, clamavi, & exaudivit me.* (a) Ea annihilat, expurgat, & perfectionem tribuit: Denique hæc illa est, quæ ex terrestribus facit animas cœlestes, & ex humanis divinas, eas transformando, & uniendo eas admirabili quodam modo cum humanitate & divinitate, DOMINI. Congrue dixit S. Augustinus, vitam animæ supra terram esse tentationem. Beata anima, quæ semper oppugnatur, si constanter resistat tentationi. Hoc medium est quo DOMINUS utitur ad humili-

(a) *Psal. 119.*

andam eam, redigendam in nihilum, consumendam, mortificandam, abnegandam, reddendam perfectam, & explendam donis suis divinis. Hoc medio tribulationis & tentationis præmissis coronat eam & transformat. Persuasum habeas, animæ, ut perfecta sit, necessarias esse tentationes & pugnas.

21. O anima benedicta! si tu posses constans esse & quieta in igne tribulationis & lavari te ferneris aqua amara afflictionis, quam celeriter donis cœlestibus te opulentam videres, & quam celeriter extrueret divina bonitas in anima tua splendidum thronum, & amœnam habitationem, ut in ea se obletetur.

22. Scias

22. Scias DOMINUM hunc nul-
lam habere requiem, quam in
animabus quietis, & in illis, in
quibus ignis tribulationis & ten-
tationis facem passionum ab-
sumsit, & aqua amara afflictio-
num lavit immundas inordina-
torum appetituum maculas. Et
tandem non quiescit hic DOMI-
NUS, nisi ubi regnat quies, & a-
mor proprius exulat.

23. Tu autem non pervenies
ad fortunatum hunc statum,
neque experieris in anima tua
pretiosum pacis interioris pignus;
quanquam per divinam gratiam
victoriam reportaveris a sensi-
bus exterioribus, quam diu ea
non est purificata ab inordinatis
passionibus concupiscentiæ; æ-
stimationis propriæ desiderio-
rum & cogitationum utcunque
spi-

spiritualium, & multis aliis ad-
hæſionibus, & vitiis occultis,
qui eſt in anima tua, & miſera-
biliter impediunt pacificum in-
greſſum magni illius DOMINI
qui vult ſe unire, & transfor-
mare tecum.

24. Intervertunt porro inſi-
gne illud pacis animæ donum,
virtutes ipſæ acquiſitæ & non
purificatæ; ac propterea impe-
ditur anima inordinato ſublimi-
um donorum deſiderio, appe-
titu ſentiendi ſpiritualem conſo-
lationem, inhæſione in infuſis
& divinis gratiis dum in iis ſe
ſuſtentat & multas alias deſide-
rat, quibus fruatur; Et denique
affectatione excellentiæ.

25. O quantum oportet in a-
nima purificari, quæ perveni-
re debet ad ſanctum montem,
per-

perfectiois & transformationis cum DEO ! O quam disposita, exspoliata, abnegata & annihilata esse debet anima, quæ non impedire debet ingressum divini hujus DOMINI & continuam ejus communicationem.

26. Hanc dispositionem, præparandi animam in suo fundo ad divinum ingressum, fieri oportet a divina sapientia. Si Seraphinus non est idoneus, qui purificet animam, quomodo purificabit se anima ipsa fragilis, miserabilis & absque experientia ?

27. Propterea idem DOMINUS disponet te & præparabit passive, etsi tu id non intelligas, igne tribulationis & tormenti interioris; absque ulla dispositione ex parte tua nisi quod confen-

sentias cruci interiori & exteriori.

28. Experieris in te ipsa passivam ariditatem, tenebras, angustias, contradictiones, repugnantiam continuam, interiores desertiones, horribiles desolationes, continuas & importunas suggestiones, & vehementes inimici tentationes. Et tandem videbis te interdum adeo afflictam, ut elevare nequeas cor plenum amaritudinis, ne quidem ad eliciendum minimum fidei, spei aut amoris actum.

29. Hic te videbis desertam & obnoxiam affectibus impatientiæ, iræ, furoris, blasphemiarum & inordinatorum appetituum, cum videaris tibi esse miserrima omnium creatura, maxima peccatrix, a qua DEUS maxime abhor-

horreat, & exspoliata omni virtute in cruciatibus fere infernalibus videns te afflictam & desolatam, ut puteste DEUM ipsum penitus perdidisse: Erit hoc tibi instar crudelis gladii, maximeque acerbi tormenti.

30. Sed quanquam te videas ita oppressam, ut videaris tibi superba, impatiens & iracunda, tamen nec vires, nec locum in anima tua habebunt istæ tentationes, propter occultam virtutem, ac supremum donum interni vigoris, qui regnat in intimo ipsius, superans cruciatum maxime terribilem, & strenuam tentationem.

31. Constans sis, o anima benedicta! Constans sis. Neque enim ita tecum comparatum est, ut tibi imaginaris; ardentius
nun-

nunquam DEUM amasti, nec unquam ipsi fuisti vicinior, quam in talibus desertionibus; Quandoquidem Sol non perdit splendores suos gratissimos, nec mutat locum cursus sui, etsi nubibus involvatur. Permittit DOMINUS molestam hanc desertionem in anima tua, ut te purget, poliat, emundet, abneget, & te ipsa te exspoliet; Et ut hac ratione, tota ipse sis, & te totaliter ipse dedas, uti infinita ejus bonitas se dat totaliter tibi, ut sis ipse deliciae. Nam etiamsi tu gemas, lamenteris & plangas, ipse exhilaratur, & gaudet in secretissimo & occultissimo animae tuae.

CAP. V.

*Quantopere intersit anima interiori, ipsa
necessarium sit, ut quasi caeca pariatur*

N

tur

tur primum hoc & spirituale martyrium.

32. **U**T anima e terrestri fiat
 cœlestis, & perveniat ad
 summum illud bonum unionis
 cum DEO, necessarium est, ut
 in igne tribulationis & tentatio-
 nis purificetur. Et quanquam
 verum sit, & experientiæ inni-
 tatur regula, quod omnes illos,
 qui serviunt DOMINO, labores,
 persecutiones & tribulationes pa-
 ti oporteat; animas tamen for-
 tunatas, quæ a DEO ducuntur,
 per semitam secretam interioris
 viæ, & contemplationis purga-
 tivæ, præ cæteris sufferre oportet
 strenuas & horribiles tenta-
 tiones, & tormenta atrociora,
 illis, quibus coronati fuerunt
 martyres in primitiva Eccle-
 sia.

33. Mar-

33. Martyres, præter brevitatem supplicii, quod vix diem durabat, habebant, quo se confirmarent, clarum lumen & specialem succursum, spe incitati vicinorum & certissimorum præmiorum. Verum anima desolata, quam mori oportet, in se ipsa & exspoliare, & polire cor, cum se a DEO videt desertam, tentationibus, tenebris, angustis, afflictionibus, molestis & rigorosis ariditatibus circumdatam, gustat quolibet instanti mortem in gravissimo suo tormento, & in tremenda illa desolatione, nec experitur minimam consolationem, tanta cum afflictione, ut cruciatus ejus nihil videatur aliud esse, quam mors quædam prolongata, & continuum aliquod martyrrium; unde

N 2

non

non sine magna ratione dici potest, etiamsi multi sint Martyres, paucas tamen esse animas, quæ sequantur CHRISTUM DOMINUM nostrum, cum pace & resignatione in similibus tormentis.

34. Tunc quidem Homines ad martyrium rapiebant, DEUS autem solabatur animã; Nunc autem DEUS ipse affligit, & se abscondit; Et Dæmonia, tanquam crudeles carnifices mille modis corpus & animam torquent, adeoq; intus & foris totus homo crucifigitur.

35. Insuperabiles tibi videbuntur angustia tua & inconsolabilestui angores, ipsumque cœlum sua non amplius te irrigare videbitur pluvia. Videbis te circumdatam doloribus, obsessam tormentis internis, tenebris po-
ten-

tentiarum, & impotentia differendi. Angent te strenuæ tentationes, gravissimæ diffidentia & molesti scrupuli, imo lumen & iudicium te deserent.

36. Omnes creaturæ tibi creabant molestiam ; Gravia tibi erunt consilia spiritualia ; Lectio librorum utcunque sanctorum nullo tibi erit solatio, ut olim; de patientia cum sermone tibi facient, ultra modum te afficient tristitia ; metus perdendi DEUM, quod, ingrattissima, tam male ipsius bonitati responderis, usque ad maxime intimum viscerum tuorum penetrabit, Gemens & DEUM in succursum vocans, invenies loco sublevationis, internam reprehensionem, & animum ejus abalienatum: quemadmodum al-

tera quædam Chananæa, quam primum nullo responso dignabatur, & postea tanquam canem tractabat.

37. Quanquam autem hoc tempore non deseret te DOMINUS, quia impossibile foret vel unicum momentum absque ipsius auxilio transigere; Nihilominus tamen a deo occultus erit ipsius succursus, ut eum non cognoscat anima tua, nec spei ac consolationis capax sit; Quin potius videbitur sibi esse absque remedio, cruciatus, non abfimiles infernalibus damnatorum, sustinens, (a) ut facile permutaret eos, tanti cum sint, cum morte quadam violenta, quæ

(a) *Circumdederant me dolores mortis & pericula inferni invenerunt me. Psal. 114.*

quæ magno ipsi foret levamini;
Sed videbitur ipsi (æque ut illis)
impossibilis dolorum & amaritudinum finis.

38. Verum si tu (o anima benedicta!) noſſes, quantopere ameris, ac defendaris ab illo divino DOMINO mediis in his tormentis amoris plenis, experireris ea adeo dulcia, ut neceſſario DEUS te per miraculum in vita conſervare deberet. Conſtans ſis, o anima fortunata! conſtans ſis & bono animo, nam utcunq; te ipſam ſufferre nequeas, ab illo tamen S. Bono protegeris, ditaberis & amaberis; Quasi ille aliud non haberet negotium, quam ut te in perfectionis intromittat viam per gradus amoris altiffimos. Et niſi terga vertas, ſed perſeveres conſtanter, non deſiſtens ab in-

stituto, scias te hoc pacto gratum DEO offerre sacrificium; quod si hic DOMINUS capax esset molestiæ, nunquam quietem inueniret usque dum amantissimam, cum anima tua unionem iniret.

39. Quod si ejus impotentia e chaos nihili tanta produxit miracula, quid faciet in anima tua, ad imaginem & similitudinem suam creata, si tu perseveres constans, quieta & resignata vera in cognitione tui nihili? Felicem animam, quæ etiam quando se videt turbatam in dolore absque solatii ullo levamine, persistit hic intus constans, non prodiens foris ad quærendum exterius solatium!

40. Noli nimium angi & cum inquietudine, ideo, quod continuentur atrocia hæc marty-

ty-

tyria ; Persevera in humilitate,
nec foris prodeas ad quæren-
dum auxilium, omne enim,
bonum consistit in tacendo, suf-
ferendo & habendo patientiam
cum quiete & resignatione :
Ibi invenies divinum vigorem,
ad superandum tam asperum,
bellum : In te ipsa est qui pro
te pugnat, qui est ipsissimus vi-
gor.

41. Quando pervenies ad
molestissimum hunc statum
tremendæ desolationis, non pro-
hibitus est animæ tuæ planctus
& lamentum. In superiore e-
nim parte stabit resignata. Quis
poterit sufferre graviter incum-
bentem DOMINI manum abs-
que planctu & lamento ? La-
mentabatur magnus ille Heros,
Jobus & ipse etiam CHRISTUS

DOMINUS noster in desertionibus suis ; sed erant planctus ipsorum resignati.

42. Non angaris, quanquam DEUS te crucifigat , & probet tuam fidelitatem, imitare Chananeam, quæ cum rejiceretur, & injuria afficeretur, importunius instabat, & perseverabat, humilians se & sequens ipsum, quanquam canis instar ab ipso habitata. Oportet bibere calicem, & non retro reverti. Si remotæ essent squamæ ab oculis tuis ut sancto Paulo, visura esses necessitatem patiendi, & gloriatura ut ipse gloriabatur ; Majoris æstimans crucifigi, quam esse Apostolum.

43. Felicitas non consistit in fruendo, sed in patiendo cum quiete & resignatione. Appa-
ruit

ruiſt S. Tereſia poſt mortem ſuam animæ cuidam, ipſi dicens, ſe tantum præmia accepiffè pro moleſtiis, quas ſuſtuliffet, nec drachmam præmii accepiffè pro omnibus ecſtaſibus, omnibusque revelationibus & conſolationibus, quibus hoc in mundo gavifa eſſet.

44. Quanquam hoc graviffimum martyrium horribilis deſolationis & paſſivæ purgationis adeo fit tremendum, ut non fine ratione a myſticis inferni nomen accepit: (quia non videtur poſſibile, vivere quenquam poſſe unicum momentum tam atroci in tormento, adeo ut is, qui id patitur, dici magna cum ratione poſſit, vivere moriendo, & moriendo vivere prolongatam mortem.)

Nihilominus scias quod id te
 sufferre oporteat, quo ad dulces,
 suavēs, & abundantes altæ con-
 templationis & amabilis unionis
 divitiās pervenias neque anima
 unquam fuit sancta, quæ non
 superarit hoc spirituale martyri-
 um & gravissimum tormentum.
 Passus illud est S. Gregorius Pa-
 pa duobus ultimis vitæ suæ men-
 sibus. Duobus annis & dimi-
 dio S. Franciscus de Assisi, quin-
 que S. Maria Magdalena de Pat-
 zis; S. Rosa Peruvienſis quin-
 decim, & postea tot prodigia,
 ut in stuporem dederit mun-
 dum; passus illud est S. Domi-
 nicus dimidio fere horæ ante
 felicem transitum suum.

CAP. VI.

*De secundo martyrio spirituali, quo DEUS
 pur-*

purgat animam, quam secum unire cupit.

45. **A**lterum martyrium, utilis & magis meritorium animarum provectorum in perfectione & alta contemplatione, est ignis divini amoris, quod comburit animam & facit ut ipso amore angatur. Nunc tristitia afficit absentia amati. Nunc eam torquet svave, ardens & dulce onus amabilis & divinæ præsentia. Dulce hoc martyrium semper ipsi suspiria exprimit: interdum si amato suo fruatur eamque habeat, quod tam suavissimum sit possessionis hujus gustus, ut ipsa in se non capiat: interdum, ubi se non manifestat, ob ardentem anxietatem qua ipsum quærere, invenire, eoque frui laborat. Hoc

N 7 omne

omne nihil est aliud quam suspirare, pati & mori per amorem.

46. O si eo pervenires, ut perciperes contrarietatem accidentium, quibus anima amans est obnoxia, bellum adeo terribile, & sævum, ab una parte, & tam dulce, suave, & amabile ab altera ! martirium tam penetrans & acutum, quo amor eam torquet & crux gravis pariter, & adeo dulcis, ut ea se liberari nolit in hac vita.

47. Quo magis crescit lumen & amor, eo magis crescit dolor absente bono, quod tantopere amat. Fruitur eo, cum id sibi vicinum sentit: sed infinita ejus cognitio & perfecta possessio vitam ipsi consumit: sicut cibus & potus ori appositus, ipsa esuriente ac sitiente vehementer,
nec

nec sibi satisfacere valente. Immerfam se ac submersam videt in quodam amoris oceano, potente manu, quæ auxilium ferre poterat, vicina, nec tamen juvante; neque ipsa novit, quando venturum sit id, quod tanto opere desiderat.

48. Sentit interdum internam amati sui vocem, quæ eam sollicitat ac vocat; Et halitum delicatissimum, qui ex intimo animæ prodiens, ubi ille habitat, vehementer ipsam penetrat, donec liquefaciat illam & dissolvat, dum videt, quam illum habeat vicinum, intra se, & quam remotum, dum non eo pervenit, ut eam possideat. Hoc ipso inebriatur, & vilis ac attonita redditur, repleturque infatiabilitate: quæ tamen dicitur amor tam vehementer

hemens, quam mors ipsa; quia
& ille occidit æque ac mors.

CAP. VII.

*Mortificatio interior, & perfecta resignatio
necessaria sunt, ad consequendam
æternam pacem.*

49. **S**ubtilissima, quam natura
in nos vibrat, sagitta est,
si ad illicitum nos, sub præ-
textu necessarij atque utilis, in-
ducatur. O quot animas abripuit,
ac spiritu defraudavit hic inaura-
tus error! nunquam gustabis de-
liciosum Manna (a) (*Quod nemo
novit, nisi qui accipit*) nisi te vin-
cas perfecte, donec in te ipsa
moriaris; quoniam ille, qui non
procurat, suis ut moriatur affe-
ctibus, non est bene dispositus ad
recipiendum donum intellectus,
abs-

(a) *Apocal. 2.*

absque cujus infusione impossibile est, ut intret in introversionem, & mutetur Spiritu: Et propterea illi, qui foris sunt, vivunt absque ea.

50. Non inquieteris ullo casu; inquietudo enim est porta, per quam inimicus intrat in animam ut pacem ipsi rapiat.

51. Resigna te, & abnega te, totaliter; nam etsi vera sui ipsius abnegatio aspera est in principio, facilis tamen est in medio, & in fine fit suavissima.

52. A perfectione te admodum remotam esse intelliges, si non in omnibus rebus DEUM invenieris.

53. Scias purum, perfectum & essentialem amorem in cruce, in voluntaria abnegatione, & resignatione; in perfecta humilitate.

tate, in paupertate Spiritus, & in contemptu tui ipsius consistere.

54. Tempore rigorosæ tentationis, desertionis & desolationis, necesse est ut intres, & sistas te in intimo Centri tui; ut solummodo intuearis & contempleris DEUM, qui Thronum suum, & quietem in fundo animæ tuæ tenet.

55. Impatientiam & amaritudinem cordis experieris, qui nascuntur e fundo amoris sensibilis, & parum mortificati.

56. Cognoscitur verus amor, cum effectibus suis, quando anima profunde se humiliat, & vult, vere mortificari & contemni.

57. Multi sunt, qui quam maxime etiam Orationi dediti non gustant DEUM, quia ab oratione de-

desistentes non mortificant se,
neque amplius ad DEUM atten-
dunt. Necessaria est, ad conse-
quendam pacificam & conti-
nuam attentionem magna quæ-
dam puritas mentis & cordis,
magna pax animæ & totalis resi-
gnatio.

58. Simplicibus & mortifica-
tis recreatio sensuum mors est;
nunquam ad eam accedunt, nisi
necessitate quadam & ædificatio-
ne proximi commoti.

59. Scias fundum animæ no-
stræ esse situm nostræ felicitatis.
Ibi divinus DOMINUS nobis mani-
festat miracula. Ibi nos immer-
gimus & nos quasi perdimus in
mari immenso infinitæ ejus bo-
nitatis, in qua stabiles & immo-
biles manemus. Ibi residet in-
comparabilis fruitio animæ no-
stræ

stræ & eminens ac amabilis quies. Anima humilis & resignata, quæ pervenit ad hunc fundum, jam nihil aliud quærit, quam ut pure placeat DEO, divinus autem & amantissimus spiritus omnia docet ipsam svavi & vivifica unctioe sua.

60. Sunt inter Sanctos Gigantes quidam, qui corporis ægrotationem, quæ DEO imprimis curæ est, continua cum tolerantia perferunt. Verum sublime hoc, ac supremum eorum donum est, qui adjuvante Spiritus S. vigore, cum resignatione & patientia cruces internas & externas sufferunt. Genus hoc sanctitatis eo est rarius, quo pretiosius coram oculis DEI. Rari sunt spirituales; qui incedunt hac via, quia pauci sunt in

in mundo, qui totaliter se ipsos abnegent, ut sequantur CHRISTUM crucifixum cum simplicitate, & nuditate Spiritus, per desertas & spinosas vias, nec tamen faciant ad se ipsos reflexionem.

61. Vita abnegata excedit, omnia sanctorum miracula, nec cognoscit, viva sit an mortua, perdita, an lucro acquisita; Consentiat, an resistat: hæc est resignata & vera vita, etiamsi vero multo tempore non pervenias ad hunc statum, & videaris tibi ne gressum quidem promovisse, noli eo perturbari; id enim, quod animæ alicui negatum est multis annis, dare ipsi DEUS solet in uno puncto.

62. Qui pati desiderat obligatis oculis, absque solatio DEI aut
Crea-

Creaturarum, nimium jam progressus est, ad resistendum injustis accusationibus, quas contra ipsum afferunt inimici, etiam in maxime tremenda, & interiori desolatione.

63. Homo spiritualis, qui vivit in DEO & per DEUM, mediis in adversitatibus corporis & animæ, interius contentus est; quia crux & afflictiones sunt ipsius vita & deliciæ.

64. Tribulatio magnus est Thesaurus, quo DEUS in hac vita honorat suos; Propterea homines malitiosi bonis sunt, necessarii; & etiam Dæmonia, quæ perniciem nostram procuraturi nos affligunt, & loco mali nobis faciunt maximum bonum, quod imaginari sibi quis posset.

65. Ut

65. Ut vita humana sit DEO accepta, non magis potest esse, absque tribulatione; quam corpus absque anima, anima sine gratia, & terra sine Sole.

66. Vento tribulationis separat DEUS in Area animæ paleam a grano.

67. Quando DEUS crucifigit in intimo animæ, nulla creatura consolari eam potest, quin solatia ipsi sunt graves & amaræ cruces, & si illa bene imbuta est legibus & disciplinis viarum puri amoris, tempore magnarum desolationum & laborum interiorum, non foris quærere debet consolationem inter creaturas, neque cum ipsis lamentari, nec poterit legere libros spirituales, quia hic occultus modus est removendi se a patiendo.

68. Com-

68. Commiserationem merentur animæ illæ, quæ persuadere sibi nequeunt, maximum bonum esse tribulari & pati. Perfecti semper debent desiderare mortem & passionem, morientes semper, & semper patientes. Vanus est homo, qui non patitur; quia natus est ad hoc, ut fatigetur, & patiatur; maxime autem amici & electi DEI.

69. Depone errorem & crede, necessarium esse animæ, ut perveniat ad totalem transformationem cum DEO, ut se perdat, & se abneget suo vivere, sentire, scire & posse; utque moriatur vivens & non vivens: moriens & non moriens: patiens & non patiens; resignans se & non resignans se, nec ad quamquam mentem reflectat.

70. Per-

70. Perfectio eorum, qui
 ipsum sequuntur, non accipit
 splendores suos, nisi per ignem,
 per martyria, dolores, tormen-
 ta, cruciatus & contemptus, qui
 voluntarie sufferuntur. Et qui
 semper habere cupit, ubi pedem
 figat ad quiescendum & non
 transcendit regionem rationis &
 sensus, non intrabit unquam in
 conclave secretum, scientiæ,
 quanquam legendo ejus intelli-
 gentiam primis labris prægu-
 stet.

CAP. VIII.

Ejusdem Argumenti.

71. **S**Cias, DOMINUM non se ma-
 nifestaturum esse in anima
 tua, quamdiu non abnegata fue-
 rit in se ipsa, & mortua in sensu-
 bus suis & potentiis. Nunquam
 O ad

ad hunc statum perveniet, donec, perfecte resignata, firmo sit proposito, se velle versari, cum DEO solam cum solo, æqualiter æstimet dona & contemptus, lucem & tenebras, pacem & bellum; denique ut anima perveniat ad perfectam quietem, & ad supremam pacem interiorem, mori antea debet in se ipsa, & vivere tantum in DEO, & per DEUM; & quo magis mortua erit in se ipsa, eo magis cognoscat DEUM; Verum si non attendit continuæ abnegationi sui ipsius, & interiori mortificationi, nunquam perveniet ad hunc statum, nec conservabit DEUM intra se, unde, semper erit obnoxia accidentibus & passionibus animi, quales sunt judicare, murmurare, sensu acerbiorè affici, excusare se ac defen-

fen-

fendere, ad conservandum honorem suum, & propriam æstimationem; qui sunt inimici perfectionis, pacis & spiritus.

72. Scias, in eo tantum differre spiritualium statum, quod non moriantur omnes æqualiter; sed in fortunatis illis, qui moriuntur continuo, DEUS habet Paradisum suum, suum honorem, sua bona, & suas in hac terra delicias.

73. Insignis est differentia, quæ intercedit inter agere, pati & mori. Agere gratum est & incipientium; Pati cum desiderio, est proficientium; mori semper in seipsis, est provectorum & perfectorum, quo ex numero pauci in mundo inveniuntur.

74. Quam felix eris, si non aliam habes cogitationem, quam ut moriaris in te ipsa? tunc non tantum victoriam reportabis ab inimicis, sed a te ipsa quoque, qua in victoria invenies certe purum amorem, perfectam quietem & divinam sapientiam.

75. Impossibile est, hominem posse sentire & vivere mystice, in simplici intelligentia divinæ & infusæ sapientiæ, si antea non moriatur in se, per totalem abnegationem sensus & appetitus rationalis.

76. Optimum hominis spiritualis præceptum, quodque tibi quoque addiscendum erit, requirit, ut res omnes suo in loco relinquant, nec te immisceas aut ingeras ulli, nisi ratione officii tenearis, anima enim, quæ
re

relinquit omnia, ut inveniatur Deum, tunc incipit habere omnia in æternum.

77. Sunt animæ quædam, quæ quærunt requiem; aliæ quam non quærunt, gustant, aliæ gustant molestiam, & aliæ eam quærunt. Quæ sunt primi ordinis, plane non progrediuntur; quæ secundi, passus faciunt; quæ tertii, currunt; & quæ ultimi, volât.

78. De deliciis male sentire, & habere eas loco tormenti, est proprietas vere mortificati.

79. Fruitio, & pax interior, sunt fructus divini spiritus, & nemo eo pervenit, ut eos possideat, nisi in intimo cordis sit resignatus.

80. Videas Bonorum nauseam cito transire, sed nihilominus non procures ut eam habe-

as, & ut in ea persistas, utpote quæ perniciofa est salutem, perturbat rationem & inquietat spiritum.

81. Inter alia sancta Consilia, quæ observanda tibi sunt, sequens animadvertas. Non observes alterius defectus, sed proprios, observa silentium cum continua quadam conversatione interiori; mortifica te in omnibus & omnibus horis, & hoc ipso te liberabis multis imperfectionibus & in eximias virtutes dominium acquires.

82. Mortifica te in eo ut de nullo unquam male iudices, quia malam suspensionem fovere de proximo, turbat puritatem cordis, id inquietat, facit ut foris prodeat anima, & aufert ipsi requiem.

83. Nun-

83. Nunquam habebis perfectam resignationem, si observes humanos respectus & reflectas mentem ad tenue, quod illi fabricabunt, idolum. Anima quæ in via interiori incedit, perdet se, si in creaturis, & ipsorum commercio intueatur rationem. Non alia ibi est ratio, quam non respicere rationem; Sed cogitare, quod DEUS permittat, ut molestiæ nobis exhibeantur ad humiliandos nos & annihilandos; & ut in omnibus vivamus resignati.

84. Vide, quod DEUS majoris æstimet animam, quæ vivit interiorius resignata, quam aliam, quæ patrat miracula, quanquam resuscitet mortuos.

85. Inveniuntur multæ animæ, quæ etiamsi exercent

O 4 ora-

orationem, imperfectæ tamen manent & amore proprio plenæ, ideo quod non se mortificent.

86. Regulam hanc pro vera habeas, quod nemo animæ gravis esse eamque injuria afficere queat, quæ a se ipsa contemnitur, & quæ in sua cognitione nulla est.

87. Tandem spera, suffer, tace & patientiam habe. Nihil te turbet, nihil pavorem incutiat. Omnium enim finis erit, DEUS solus non mutatur & patientia obtineantur omnia. Qui DEUM habet, omnia habet, & illi defunt omnia, qui DEUM non habet.

CAP. IX.

Ad consequendam pacem interiorem necesse

*cessè est , ut anima suam cognoscat
miseriam.*

88. **N**isi anima in quosdam in-
curreret defectus , nun-
quam eo perveniret ut penetra-
ret miseriam suam , quanquam
vivam vocem frequentius audi-
ret , & legeret libros spirituales.
Neque unquam obtinere pote-
rit pretiosam pacem , nisi prius
cognoscat miserabilem suam de-
bilitatem ; Quoniam difficile est
remedium , ubi non est evidens
defectus cognitio. Permittet
Deus in te , modo hunc , modo
alium defectum , ut cum te ipsum
probe cognoveris , ac iteratum
toties lapsum tuum animadver-
teris , persuadeat tibi , quod ni-
hil sis , in quo fundatur vera pax
& humilitas perfecta. Et ut eo
intimius cognoscas miseriam

O 5 tuam

tuam & id, quod es, liberabo te errore quarundam ex multis imperfectionibus tuis.

89. Tam viva es & delicata, ut, si forte incedenti tibi gressus inhibeat, aut impediatur via, sentias infernum. Cum negatur tibi debitum & gustui tuo quicquam contrariatur, vehementer excandescis. Cum vides defectum aliquem in proximo, reprehendis eum imprudenter, cum commiserari deberes & cogitare, quod obnoxia sis eidem lapsui. Cum desideras aliquid in proprium commodum, idque obtinere nequis, contristaris, & repleris amaritudine. Cum a proximo infertur tibi levis quædam molestia, irasceris & lamentaris. Adeo ut ob quamcunque rem levissimam intus & fo-

foris te destruas & te ipsam perdas.

90. Velles quidem exercere patientiam, sed cum patientia alterius &, si durat nihilominus impatientia, confers anxie culpam in sodalem, nec consideras quod temet ipsam sufferre non valeas. Ubi rancor transiit; referes te astute ad induendum virtutis habitum, dogmata etiam & sententias spirituales, cum ingenii quadam subtilitate, proferens, neque emendas præteritos tuos defectus. Quam libenter te accuses, reprehendens tuas culpas in præsentia aliorum hominum, facis id potius ut iustifices te erga illum qui vidit tuos defectus, ut obtineas denuo antiquam existi-

mationem , quam ex effectu perfectæ humilitatis.

91. Interdum adeo es subtilis, ut non vitio , sed zelo justitiæ inductus , videri velis de proximo conqueri. Perfundes tibi sæpius, quod virtuosa sis, confans & fortis ut vitam etiam in manus tyranni committere velis , tantum propter divinum amorem & vix audis amarum aliquod verbulum , quod male habet te, perturbat & inquietat. Hæc omnia sunt industriosa stratagemata amoris proprii, & superbiæ secretæ animæ tuæ. Cognoscas igitur , quod regnet in te amor proprius, quodque ad obtinendam hanc pretiosam pacem, hic sit maximo impedimento.

CAP.

CAP. X.

Docetur & detegitur, quanam sit humilitas falsa & vera & declarantur ejus effectus.

92. **S**Cias duas humilitatis species esse. Una est falsa & fictitia, altera vera. Fictitia est eorum, qui ut aqua, cui ascendendum est, exteriori quodam & artificioso lapsu submissionis deorsum feruntur, ut subito resiliant. Hi fugiunt æstimationem & honorem ut pro humilibus habeantur; Affirmant de se ipsis, se esse pessimos, ut habeantur boni; Et quanquam cognoscant propriam miseriam, nolunt ut ab aliis cognoscatur. Hæc est humilitas falsa, & fictitia, & secreta superbia.

93. Vera humilitas est illorum qui obtinuerunt perfectum hu-

militatis habitum; hi de ea nunquam cogitant, sed de se humiliter cogitant, operantur fortiter, & toleranter, vivunt & moriuntur in DEO, nec sibi, nec creaturis attendunt. Omnibus in rebus sunt constantes & quieti; sufferunt hilariter molestias, desiderantes semper majores, ut imitentur amatum suum & contemptum JESUM. Cupiunt esse vulgi fabula & ludibrium; Contenti sunt eo, quod a DEO accipiunt, & convincunt se placida cum pudefactione in defectibus; Non humiliant se per consilia rationis; sed ex affectu voluntatis. Non honor est, quem appetant; non injuria, qua perturbentur; Non labor, quo inquietentur; non prosperitas, qua superbiant; cum semper immobiles persistant

stant in suo nihilo & in se ipsis,
cum perfecta pace.

94. Ut autem animadvertas
interiorem & veram humilita-
tem, scias, eam non consistere
in actibus exterioribus, in occu-
patione loci infimi, in habitate-
nui, in sermone summissio, ocu-
lis clausis, suspiriis affectuosis,
defectuum priorum accusa-
tione, qua quis miserabilem se
profiteatur, ut sciant alii quam
sit humilis. Unice consistit in
contemptu sui ipsius, & in desi-
derio contemptus, cum humili,
& profunda cognitione conjun-
cto, anima interea non se humi-
lem existimante, etsi vel Ange-
lus id ipsi revelaret.

95. Torrens ille lucis, qua
DOMINUS illuminat animam,
quam gratiosis donis impertit,
duo

duo efficit; detegit magnitudinem DEI, anima infimul cognoscante suum foetorem, ac miseriam, adeo ut nulla lingua exprimere valeat abyssum, in qua summergitur, omnibus etiam humilitatem suam libentissime expositura, & a vana gloria, ac complacentia non minus aliena, quam gnara, meram DEI gratiam, puramque ejus misericordiam esse gratiam illam, cujus eam facere participem non indignatus sit.

96. Nunquam nocebitur tibi ab hominibus, sed a te ipsa, a propria tua superbia, & a violentia tuarum passionum. A te ipso tibi caveas; tibi enim ipsi es maximum inferni dæmonium.

97. Non cupias magni æstimari, cum Deus, homo factus,
pro

pro stolido, ebrioso, & dæmoniaco habitus fit. O stultitiam Christianorum! beatitudine frugestimur, nec eum imitari in cruce, in opprobriis, in humilitate, paupertate & in aliis virtutibus volumus!

98. Verus humilis in quiete cordis sui, tranquillus persistit: ibi suffert probationem DEI, hominum, dæmonii, super omnem rationem & prudentiam, possidens se ipsum in pace, & quiete, sperans, cum omni humilitate, purum DEI beneplacitum, tam in vita, quam in morte; eum non magis inquietant exteriora, quam si omnino non existerent. Huic crux, & mors deliciae sunt, quanquam exterius, id non manifestet. Sed eheu! de quo loquimur? quam pauci horum
hu-

humilium in mundo inveniuntur!

99. Desidera, spera, suffer, & morere incognita, nam hic consistit humilis, & perfectus amor. O quantam pacem experieris in anima, si humiliter te profunde & amplectaris contemptus!

100. Non eris perfecte humilis, quanquam cognoscas tuam miseriam, nisi cupias, ut ab omnibus cognoscatur; tunc fugies laudes, amplecteris injurias spernes creata omnia, ne te ipso quidem excepto. Adventante tribulatione, neminem incusabis, sed manui divinæ, fonti omnis boni, acceptam feres.

101. Si volueris tolerare defectus proximorum, in proprios converte oculos. Et, si te in-

per-

perfectiōne per te ipsam profectus quosdam fecisse existimes, scias, quod non sis humilis, nec in via spiritus passum promove-
ris.

102. Gradus humilitatis referunt qualitates corporis sepulti; nempe in infimo loco sepultum esse, ut mortuum, foetidum, & corruptum esse sibi ipsi, inque, propria sua æstimatione esse pulverem & nihilum. Tandem si beata esse volueris, disce spernere, & sperni.

CAP. XI.

Maxime ad cognoscendum cor simplex, humile & verum.

103. **A**Nimeste ad humilitatem, tribulationes tanquam instrumenta boni tui complectens. Gaudeas in contemptu,
&

& desideres, ut solus DEUS sit unicum tuum refugium, solatium, & protector.

104. Nemo, quam magnus etiam sit, in hoc mundo, major est eo, quod in oculis DEI est. Ideoque verus humilis spernit, quicquid in mundo est, ne se ipso quidem excepto, in solo DEO requiescens.

105. Verus humilis suffert cum quiete & patientia interiores labores, & hic brevi temporis spatium magnum iter conficit, ut illi, qui cum vento in puppi navigant.

106. Verus humilis in omnibus invenit DEUM, unde si obtingat ipsi contemptus, injuria, & offensio mediantibus creaturis, magna cum pace & quiete interiori ea omnia recipit, tanquam
a di-

a divina manu immiffa, & exo-
 fculatur instrumentum, quo
 eum probat DOMINUS.

107. Nondum profundæ hu-
 militatis particeps factus est, qui
 oblectatur laude, quanquam,
 eam non desideret, nec quærat,
 imo etiam fugiat. Cordi enim
 humili laudes sunt amaræ cru-
 ces, quanquam in se toto quie-
 tum fit ac immobile.

108. Interna humilitate non
 præditus est ille, qui non abhor-
 ret a se ipso, odio quidem im-
 mortali, sed pacifico & quieto.
 Sed nunquam obtinebit hunc
 thesaurum, qui non habet hu-
 milem, & profundiffimam co-
 gnitionem suæ vilitatis, & suæ
 putredinis ac miseræ.

109. Qui excusat se, & excipit,
 non habet cor simplex & humile,
 præ-

præcipue si ita cum Superioribus agat. Exceptiones enim nascuntur a secreta quadam, quæ in anima regnat, superbia, & ab hac totalis pernicies.

II. Exceptio parum submissionis, & hæc minus humilitatis præsupponit; quod duplex fomentum est inquietudinis, discordiæ, & turbationis.

III. Cor humile non inquietatur ab imperfectionibus, quamquam hæc vehementissimo dolore animam conficiant, eo tantum nomine, quod amantissimo ejus DOMINO se opponant. Neque inde perturbatur, quod magna peragere nequeat. Semper enim est in suo nihilo, & in sua miseria; quin potius miratur, si boni quid ac virtuosi operata fuerit, & e vestigio agit eo

nomine gratias DOMINO, probe gnara, DEUM solum illum esse, qui agat omnia, sibi ipsi vero, in quantum operatur, minime satisfacit.

112. Verus humilis, quanquam omnia videat, nihil tamen intuetur, ut de eo judicet; non enim nisi de se ipso male judicat.

113. Verus humilis semper, invenit excusationem, qua defendat eum, a quo mortificatur: & est tunc saltim sana ejus intentio. Quis autem illi indignabitur, cujus intentio bona est?

114. Non minus (imo magis) displicet DEO falsa humilitas, quam vera superbia, quia hæc insuper est hypocrisis.

115. Verus humilis, quanquam omnia ipsi adversa eveniant,
non

non inquietatur, nec dolore afficitur, quia præparatus est, sibi que videtur, non minus promeruisse. Nec molestis cogitationibus, quibus eum torquet, dæmonium, nec tentationibus, tribulationibus & desolationibus perturbatur; quin potius indignum se agnoscit, & gaudet, se a DOMINO per Diabolum, quamquam vile adeo instrumentum, torqueri. Omnia, quæ patitur, ipsi nihil videntur; nec quicquam agit unquam, quod æstimo aliquo dignum iudicet.

II. Qui ad perfectam, & interiorem humilitatem pervenit, quamquam nulla re inquietetur: tamen cum a se ipso abhorreat, quod suam imperfectionem, ingratitude & miseriam omnibus in rebus cognoscat; magnam

gnam crucem in sufferendo femet ipso patitur. Hoc signum est, quo cognosci potest vera cordis humilitas; Sed fortunata hæc anima, quæ ad sanctum sui ipsius odium pervenit, vivit absorpta, summersa, & in sui nihili abyssum immersa, unde sublevat eam DOMINUS, quo communicet ipsi divinam sapientiam, & luce, pace, tranquillitate, & amore divitem reddat.

CAP. XII.

Solitudo interior ea est, qua præcipue ad acquirendam pacem internam deducit.

II. SCIAS, quanquam solitudo exterior ad consequendam pacem internam multum confert, de ea tamen non loqui DOMINUM, per Prophetam suum.

P

di-

dicentem: *In solitudinem eam perducam, & loquar ipsi in cor;* sed de interiori, quæ junctis viribus perfert ad consecutionem pretiosæ margaritæ pacis internæ. Consistit interior solitudo in oblivione omnium creaturarum, in alienatione, & perfecta nuditate omnium affectuum, desideriorum, & cogitationum, ac propriæ voluntatis. Hæc est vera solitudo, ubi requiescit anima, cum amoris plena, ac intima serenitate in complexibus S. Boni.

118. O quam infinita sunt spatia in illa anima, quæ ad divinam hanc solitudinem pervenit! O quam intimæ, quam retractæ, quam secretæ, quam largæ, quam immensæ distantiae sunt in anima felici, quæ eo pervenit, ut vere sit solitaria!

Ver-

Verfatur ibi, feque interius cum
 anima communicat DOMINUS. Ibi
 eã fe ipfo replet, quia vacua est;
 induit eam luce, ac amore suo,
 quia nuda est; sublevat, quod
 fit demiffa, ac in fe eam unit,
 eamque transformat, quia est fo-
 la.

119. O amabilis folitudo, &
 numerus æternorum bonorum!
 o fpeculum, in quo perpetuo
 fe contemplatur æternus pater!
 merito vocaris folitudo; cum
 adeo deferta fis, ut vix una fit
 anima, quæ te quærat, quæ te
 amet, & te cognofcat. O divi-
 ne DOMINE! cur animæ non
 contendunt a terra ad hanc glo-
 riam! cur tantum bonum per-
 dunt ob folam propenfionem in
 res creatas, & earum defideri-
 um! O quam fortunata fores,

anima benedicta! si omnia propter DEUM relinqueres! ipsum solum quæreres, ad ipsum solum anhelares, ad ipsum solum suspirares: Nihil velis, & nihil tibi exhibebit molestiam; &, si bonum aliquod desideres, etsi spirituale, ita desideres, ne inquieteris, cum non obrines.

120. Si hac cum libertate dabis DEO animam alienatam, liberam, & solam, felicissima eris inter omnes creaturas terræ; quia in sancta hac solitudine Altissimus habet secretam suam, habitationem, in hoc deserto & Paradiso fruimur conversatione, DEI, & in hoc solo interno secessu auditur miraculosa illa, efficax, & divina vox.

121. Si volueris intrare in hoc cœlum terrenum, oblivioni tradas

das omnem curam, & omnem cogitationem; temet ipsa te exspolia, ut vivat amor DEI in anima tua.

122. Quoad fieri potest, a a creaturis vivas abstracta; consecres te totam tuo Creatori & offeras te in sacrificium, in pace, & quiete spiritus. Scias, animam quo magis se exspoliet, eo magis intrare in interiorem solitudinem, & DEO vestitam manere; & quanto magis sola maneat, & semetipsa vacua, eo magis implere eam divinum spiritum.

123. Non invenitur vita beator solitaria; quia in hac felici vita DEUS se totum dat creaturæ, & creatura se totam DEO, per intimam aliquam & suavem amoris unionem. O quam pau-

ci eo perveniunt , ut gustent
veram hanc solitudinem !

124. Ut anima vere sit solitaria, oblivisci debet omnium creaturarum, etiam sui ipsius ; alias non potest interius ad DEUM accedere. Multi relinquunt omnia , sed non relinquunt proprium gustum , suam voluntatem , se ipsos, ideoque tam pauci sunt vere solitarii ; quandoquidem nisi anima a suo gustu, à suo desiderio , & à propria voluntate, a donis spiritualibus, a requie , etiam in ipso spiritu, alienetur ; non pervenire poterit ad summam hanc felicitatem solitudinis interioris.

125. Ambula, o anima benedicta ! ambula sine cunctatione , ad hanc beatitudinem inter-

ternæ solitudinis. Vide, quod DEUS te vocet, ut intres in tuum centrum interius, ubi te vult renovare, mutare, replere, vestire, & monstrare tibi novum & cœleste regnum, plenum hilaritate, pace, gaudio & serenitate.

CAP. XIII.

Explicatur quid sit Contemplatio infusa & passiva, & declarantur miraculosi ejus effectus.

126. **S**Cias, quando anima jam habitum nacta est in interiori recollectione, & in contemplatione acquisita, quam diximus; Quando jam est mortificata, & desiderat totaliter abnegare se suis appetitibus; quando jam magna cum efficacia amplectitur internam & externam mor-

tificationem, & animitus mori cupit suis passionibus & propriis operationibus, DEUM solere eam retrahere, sublevando eam, etsi nihil tale advertentem, ad perfectam istam requiem ubi suaviter & intime infundit ipsi suam lucem, suum amorem, ac vigorem, accendens eam & inflammans vera dispositione ad omne virtutis genus.

127. Ibi divinus sponfus, suspendens ejus potentias suavissimo & placidissimo somno eam obruit. Ibi dormitat & quietam accipit, & fruitur, quo fruatur nescia, suavissima & dulcissima, in tranquillitate. Ibi anima, sublevata & eversa ad statum hunc passivum, unitam se videt S. Bono, nullo ad hanc unionem obtinendam labore insumpto. Ibi in

in illa suprema regione, & sacro animæ templo, delectatur, S. Bonum, manifestat se, sui que gustum præbet creaturæ, modo quodam sensibus & omni humano intellectu superiore. Ibi similiter solus purus spiritus, qui est DEUS (cum puritas animæ rerum sensibilibus sit incapax) dominium ejus & patrocinium sibi vendicat, communicans ipsi suas illuminationes, & sensa ad purissimam & perfectissimam unionem necessaria.

128. Anima, in se reversa a dulcibus istis & divinis amplexibus, dives fit luce, amore, & magna quadam divinæ magnitudinis æstimatione, & cognitione suæ miseræ, totam se videns divine mutata, & disposita ad amplectendum, ad patiendum, &

ad exercendam perfectam virtutem.

129. Est igitur simplex, pura, infusa, & perfecta contemplatio, experimentalis quædam & intima manifestatio, qua DEUS revelat seipsum, suam bonitatem, suam pacem, & dulcedinem suam, cujus objectum est DEUS purus, ineffabilis, abstractus ab omnibus particularibus cogitationibus, in interno silentio. Est autem DEUS gustuosus, DEUS, qui nos attrahit, DEUS, qui dulcissime nos evehit modo quodam spirituali & purissimo: donum admirabile, quod divina Majestas concedit, illi cui vult, sicut vult, & quando vult, & eo tempore quo vult, quanquam status hujus vitæ sit crucis, patienti-

tientiae, humilitatis, & patiendi
potius quam fruendi.

130. Nunquam frueris divina
hac expolitione, nisi in virtute
promovearis, & in interna mor-
tificatione; nisi procures animo
liberali, ut stabiliatur in anima
tua magna quaedam pax, silen-
tium, oblivio & solitudo inte-
rior. Quomodo audiri potest
vox DEI suavis, interna & effi-
cax mediis in rumoribus & tu-
multibus creaturarum. Et quo-
modo auscultari poterit purus
spiritus, in mediis artificiosis
considerationibus & discursibus.
Et si anima non vult continuo
mori in se, abnegans se omni-
bus istis materialibus, & oblecta-
tionibus, nihil aliud erit ejus con-
templatio, quam mera vanitas,

vana quædam delectatio, & superbia.

CAP. XIV.

Ejusdem Argumenti.

131. **N**ON semper se communicat DEUS æquali abundantia, in hac suavissima & infusa contemplatione. Una vice, concedit hanc gratiam magis quam alia, & interdum non expectat donec anima sit adeo mortua & abnegata; Nam quia gratiosum hoc donum est, dat illud, quando vult, & quomodo vult, neque dari regula generalis potest, aut laxari divina ejus magnitudo; quin potius mediante ipsa contemplatione, facit ut ea se abneget, annihilat & moriatur.

132. In-

132. Interdum impertit DOMINUS majora lumina intellectui, interdum majorem amorem voluntati. Non necessarium hic est, ut anima laboret; accipere debet id, quod DEUS ipsi dat, & ita unita esse, ut ipse vult; quoniam Majestas ejus ipsi Patronus existit, & eo ipso tempore, quo somnum ei immittit, possidet eam, replet eam & operatur in ea potenter & suaviter absque ejus industria, ea inscia, Adeo ut antequam tam insignem misericordiam observet, videat se convictam & divine mutata.

133. Animam, quæ in hoc felici statu est, duas res fugere oportet, activitatem humani Spiritus & adhæronem. Non vult noster humanus Spiritus mori in

se ipso, sed operari, & discurre-
re suo modo, amans proprias
suas operationes; necessaria est
magna quædam fidelitas & ex-
spoliatio sui ipsius, ut pervenia-
tur ad perfectam, & passivam
capacitatem divinarum influen-
tiarum; Habitus continui, quos
libere operari debet, impediunt
ipsius annihilationem.

134. Secunda est inhæsiō in
contemplatione ipsa. Debes ita-
que procurare in anima tua per-
fectam quendam exspoliatio-
nem omnis ejus, quod non est
DEUS, nec quærere in interiori
& in exteriori alium finem, nec
aliam utilitatem quam divinam
voluntatem.

135. Tandem modus, quo ex
tua parte disponi debes ad puram
hanc, passivam & perfectam ora-
tio-

tionem; Totalis est & absoluta
comissio ac deditio in divinas
manus, qua anima se simul per-
fecte submittit sanctissimæ ipsius
voluntati, ut sit occupata ad
ipsius gustum & dispositionem,
accipiens æquali & perfecta resi-
gnatione, quicquid ordinave-
rit.

136. Scias paucas esse animas,
quæ perveniunt ad infusam hanc
& passivam orationem, quia
pauci sunt capaces divinarum
istarum influentiarum, cum to-
tali nuditate & morte propriæ
suæ activitatis & potentiarum.
Tantum illæ, quæ potissimum
hoc experiuntur, id norunt.
Adeo, ut perfecta hæc nuditas
acquiratur (mediante divina gra-
tia) continua & interiori morti-
ficatione, moriendo omnibus
pro-

propriis inclinationibus & desiderijs.

137. Nunquam intuendi tibi sunt effectus, qui producuntur in anima tua, præcipue autem hoc tempore; Hac enim ratione obstaculum poneretur divinis operationibus, quæ eam ditant. Eo anhelandum tibi est unice, ut ad illas indifferentes te habeas, resignes te, & obliviscaris reliquorum, & te non advertente, relinquet S. Bonum in anima tua aptam ad exercendas virtutes dispositionem, verum amorem crucis, tui contemptus, tuæ annihilationis, & majora ac efficaciora desideria majoris perfectionis & purissimæ, & affectivæ unionis.

CAP.

CAP. XV.

*De duobus medijs quibus ascendit anima ad
contemplationem infusam, & expli-
catur, qui & quot sint ejus gradus.*

138. **D**UO sunt media, quibus
ascendit anima ad felici-
tatem contemplationis & affecti-
vi amoris: Gustus & desideria.
Solet DEUS sub principio replere
animam sensibilibus gustibus,
quia adeo est fragilis & miserabi-
lis, ut absque illa præeunte con-
solatione evolare nequeat ad
fruitionem rerum cœlestium. In
hoc primo gradu disponitur con-
tritione, & exercetur pœnitentia,
meditans passionem Redemptoris,
evellens magna diligentia
mundana desideria & vitiosos
mores: quia regnum DEI patitur
violentiam, & non obtinent id
pu-

Angustia (a)

pufilanimes & delicati, fed illi qui violenter illud rapiunt.

139. Secundum sunt defideria. Quo guftantur magis res coeleftes, eo magis appetuntur. Unde guftus fpirituales feqvuntur defideria fruendi bonis coeleftibus & divinis, & fpernendi terrena. Ex his defideriis nafcitur inclinatio, imitandi CHRISTUM DOMINUM noftrum, qui dixit (a) *Ego fum via*: Gradus imitationis ejus, per quos ascendendum eft, funt charitas, humilitas, manfuetudo, patientia, paupertas, contemptus fui ipfius, Crux, oratio, & mortificatio.

140. Tres funt gradus infufae contemplationis. Primus eft fatietas, cum anima repletur DEO,

bi memmo non 3. COH.

(a) *Job. cap. 14.*

concipit odium aduersus omnes res mundanas, tunc tranquillatur & non nisi divino amore satiatur.

141. Secundus est ebrietas. Hic gradus est mentalis quidam excessus & elevatio animæ, nata ex divino amore, & ex ejus satiæte.

142. Tertius est securitas, cuius gradus dispellit omnem timorem. Anima divino amore adeo est absorpta, & manet adeo resignata in divinū beneplacitū, ut libentissime in infernum iret, si sciret esse voluntatem Altissimi. Ea in hoc gradu experitur vinculum aliquod divinæ unionis, ut ipsi videatur impossibile, ut separetur a suo amato, & ab infinito ejus thesauro.

143. Sex

143. Sex alii contemplationis gradus inveniuntur, qui sunt ignis, unio, elevatio, illuminatio, gustus & requies. Primo accenditur anima, accensa ungitur; uncta vehitur; vecta contemplatur, & contemplando gustat; gustando requiescit. His gradibus ascendit anima abstracta, & experta in via spirituali, & interiori.

144. In primo gradu, qui est ignis, illustratur anima, mediante divino & ardenti radio, qui accendit divinos affectus, & extinguit humanos. Secundus est unctio, quæ est suavis quidam & spiritualis liquor, qui diffundens se in tota anima, instruit eam, coroborat, & disponit ad accipiendam & contemplandam divinam veritatem; Et interdum

dum extendit se ad ipsam naturam, corroborans eam per tolerantiam, gustu quodam sensibili, qui videtur cœlestis.

145. Tertius est Elevatio quædam hominis interioris supra se ipsum, ut aptior accedat clarum puri amoris fontem.

146. Quartus gradus, qui est illuminatio, est infusa quædam cognitio, qua contemplatur anima cum dulcedine & suavitate divinam veritatem; ascendens a claritate in claritatem a lumine in lumen, a cognitione in cognitionem, divini spiritus ductu.

147. Quintus est sapidus divinæ dulcedinis, gustus perveniens e scaturigine abundantis, & pretiosi fontis Spiritus sancti.

158. Se-

148. Sextus gradus est suavis quædam & admirabilis tranquillitas, nata e victoria belli interioris, & a frequenti oratione, quam paucissimi, & quidem rarius, experiuntur. Hic tanta est abundantia jubili & pacis, ut anima sibi videatur suavi quodam somno obruta, oblectans se, & conquiescens in divino & amabili pectore.

149. Multi alii sunt contemplationis gradus, ut Ecstases, raptus, liquefactio, deliquium, jubilum, osculum, amplexus, exultatio, unio, transformatio, sponsalium & matrimonium, quorum ego explanationem intermitto ut speculationem devitem, & quia integri sunt libri, qui de his rebus agunt, quanquam omnes sint illi,

illi, qui eas non experitur, tanquam color cæco, & furdo harmonia. Tandem per hos gradus majores, ascenditur ad reclinatorium, & requiem Regis pacifici, & veri Salomonis.

CAP. XVI.

Signa ad cognoscendum hominem interiorem & animum purgatum.

150. **Q**uatuor signa sunt ad cognoscendum hominem interiorem. Primum est, si jam intellectus non producat alias cogitationes, quam illas, quæ excitant ad lumen fidei, & voluntas jam obtinuit tantum habitum, ut non generet alios actus amoris, quam erga DEUM, & illa quæ ad DEUM spectant. Secundum, si cessante opere exteriori, in quo erat

oc-

occupatus, subito & haud ægre convertatur ad DEUM intellectus & voluntas. Tertium, si in ingressu orationis oblivioni tradat omnes res exteriores, quasi nec vidisset eas unquam nec exercuisset. Quartum, si in rebus exterioribus ita se gerit, quasi de novo in mundum intrasset, timens ne negotia, obstacula objiciant, abhorrens ab iis natura, nisi quando charitas ea requirit.

151. Hæc anima jam est libera ab exteriori, & facile intrat in interiorem solitudinem, & tantum videt DEUM & seipsam in DEO, amans ipsum cum quiete, cum pace, & vero amore. Illic in illo ultimo centro amabiliter cum ipso colloquitur DOMINUS, docens eam novum
re-

regnum, veram pacem & gaudium.

152. Jam in hac anima spirituali, abstracta, & retracta, non turbatur amplius pax interior, quanquam ea in exteriori patiatur bellum, quia ad serenissimum cœlum interius, ubi residet purus & perfectus amor non perveniunt tempestates. Nam & si interdum se videat nudam, desertam, oppugnatam, & desolatam, is tamen est saltim procellæ alicujus furor, quæ minatur & exagitat foris.

153. Quatuor effectus gignit hic intimus amor. Primus vocatur illuminatio, quæ est sapida & experimentalis cognitio, magnitudinis DEI & proprii sui nihili. Secundus est inflammatio, quæ est accensum desiderium,

Q

con-

consumendi se ad instar Salamandræ in amabili & divino igne. Tertius est suavitas, quæ est pacifica, hilaris, suavis, & intima quædam fruitio. Quartus est absorptio potentiarum in DEO, quarum immersione anima a DEO adeo absorbetur & exaturatur, ut amplius querere, desiderare, aut velle aliud quam summum aut infinitum bonum suum nequeat.

154. Ex hac plenissima satietate nascuntur duo effectus. Primus est animus magnus, patienti propter DEUM. Secundus est, spes quædam & securitas, eum nunquam perditum, nec animam ab eo separatum iri.

155. Hic, in isthoc interno secessu habet amatus JESUS suum

Pa.

Paradisum, ad quem possumus ascendere, dum sumus & versamur adhuc in terra. Et si scire desideras, quisnam sit ille, qui totaliter ad internum secessum sit retractus, cum illuminata, simplificatione in DEO; Dico, quod sit ille, qui in adversitatibus; in desolatione spiritus, & in defectu eorum, quæ sunt necessaria, firmus & immobilis persistit. Constantes hæ & interiores animæ foris nudæ sunt & totaliter in DEO diffusæ, quem continuo contemplantur; nullam plane habent maculam; vivunt in DEO, & de DEO ipso; splendent magis quam mille Soles; amantur a filio, dilectæ filiæ Patris, & electæ sponsæ Spiritus sancti.

156. Ex tribus signis cognoscitur animus purgatus, ut dicit S. Thomas in opusculo quodam. Primum signum est diligentia, quæ est animi quidam vigor, qui dispellit omnem negligentiam & pigritiam, ut se disponat cum sollicitudine & confidentia, ad bene exercendam virtutem. Secundum est severitas, & ipsa, vigor quidam animi contra concupiscentiam, conjunctus cum ardenti amore asperitatis, vilitatis & sanctæ paupertatis. Tertium est benignitas, dulcedo quædam animi, dispellens omnem rancorem, invidiam, aversionem & odium adversus proximum.

157. Donec animus sit purgatus, purificatus affectus, nuda memoria illuminatus intellectus,

ctus, & voluntas abnegata & inflammata, nunquam anima perveniet ad intimam & affectivam unionem cum DEO: qui cum sit spiritus DEI, puritas ipsa lux, quies, requiritur in anima, ubi habitare debet, magna puritas, pax, attentio & quies. Tandem pretiosum donum animi purgati est tantum illorum, qui continua diligentia quærunt amorem, & habent se, ac desiderant haberi pro vilissimis in mundo.

CAP. XVII.

De divina sapientia.

158. EST divina sapientia cognitio quædam intellectualis, & infusa divinarum perfectionum & rerum æternarum, quæ vocanda potius est contempla-

Q 3 tio,

tio, quam speculatio. Scientia est acquisita, & gignit notitiam naturæ. Sapientia est infusa, & gignit cognitionem divinæ bonitatis. Illa vult cognoscere id, ad quod sine labore, & sudore perveniri nequit: hæc desiderat nescire id ipsum, quod cognoscit, quanquam omnia capiat. Tandem scientifici versantur in cognitione rerum mundanarum, & sapientes vivunt in DEO ipso summersi.

159. Ratio illuminata in sapiente est alta quædam & simplex elevatio spiritus, per quem videt simplici & acuta intuitione per omne id, quod ipsa est inferius, & quicquid spectat ad vitam suam, suumque statum. Hæc illa est, quæ animam reddit simplicem, illuminatam, uni-

uniformem, spiritualement, & totaliter introversam, & ab omni creato abstractam. Hæc movet & abstrahit; suavi violentia, corda eorum qui sunt humiles & dociles, ea replens abundantia suavitatis, pacis & dulcedinis. Tandem de ea affirmat Sapiens, quod omnia bona una secum exhibeat. (a)

Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.

160. Scias majorem hominum partem vivere ex opinione, & judicare secundum fallacem imaginationem & sensum. Sed sapiens omnia judicat secundum veritatem realem, quæ in iis invenitur, cujus effectus sunt intelligere, concipere, penetrare, & transcendere omnia

Q 4

omnia

(a) Sap. 7. v. 11.

omnia creata, ne se ipso quidem excepto.

161. Proprium imprimis Sapientis est, operari multum, loqui parum.

162. Sapientia gustatur in operibus & verbis Sapientis; Nam cum ille fit absolutus dominus omnium suarum passionum, motuum & affectuum, manifestatur in omnibus operibus suis, in quibus tanquam in quieta quadam & grata aqua, clare transparet sapientia.

163. Intelligentia mysticarum veritatum occulta est & occlusa hominibus pure Scholasticis, nisi sint humiles. Nam ea est scientia Sanctorum, & non manifestatur nisi illis, qui animum amant, & quærunt proprium, contemptum. Ideo animæ, quæ
hoc

hoc medium amplexæ, eo pervererunt, ut pure sint mysticæ, ac vere humiles, penetrant usque ad profundissimas notitias divinitatis, & homines eo magis recedunt a mystica hac scientia, quo magis sensualiter vivunt secundum carnem & sanguinem.

164. Plerumq; in eo, qui multa præditus est scientia scholastica, & speculativa, non prædominatur divina sapientia; faciunt nihilominus admirabile, compositum, si ambæ inveniantur unitæ. Digni sunt veneratione & laudibus in Religione, homines docti, qui per misericordiam DOMINI eo pervenerunt, ut sint mystici.

165. Externæ actiones mysticorum & sapientum, qui operantur magis *passive*, quam *active*;

Q 5

we;

ve; quanquam ipsis sint crudelissima mors, ab ipsis diriguntur prudentia, numero, pondere & mensura.

166. Conciones doctorum, quæ non habent spiritum, quanquam e variis fabulis, elegantibus descriptionibus, acutis discursibus, & exquisitis textibus compositæ; nulla ratione dicuntur verbum DEI, sed verbum hominum auro adulterino ornatum. Hi Prædicatores corrumpunt Christianos, pascentes eos vento & vanitate, ut sic utriusque DEO vacui maneant.

167. Hi magistri pascent ventis noxiarum subtilitatum auditores suos, iis præbentes lapides pro pane, folia pro fructibus, & pro vero alimento terram insipidam venenoso melle permixtam.

tam. Hi sunt, qui honorem venantur, fabricantes semper idolum æstimationis & applausus cum deberent procurare gloriam DEI & utilitatem spiritua- lem.

168. Illi, qui prædicant cum Zelo & sine fraude prædicant DEO. Illi qui prædicant sine ipso, prædicant se ipsos. Illi, qui prædicant verbum DEI cum spiritu, imprimunt illud cordi; sed illi, qui prædicant absque spiritu, id tantum auri porrigunt.

169. Perfectio non consistit in docendo, sed in operando, neque enim sanctior est aut sapientior, qui plurima vera esse novit, sed qui ea, quæ vera esse agnoscit, exequitur.

170. Certissima est regula, quod divina sapientia generet

Q 6

ha-

humilitatem, acquisita vero superbiam.

171. Non consistit sanctitas in formandis altis & subtilibus conceptibus scientiæ, & attributorum DEI, sed in amore DEI, & in abnegatione propriæ voluntatis. Propterea magis ordinariæ Sanctitas invenitur in simplicibus, & humilibus quam in doctis. Quot vetulæ sunt pauperes scientia humana, & ditissimæ amore DEI! Quot Theologi in, vana sua scientia sunt submersi, & veræ lucis & charitatis maxime indigi.

172. Observa, quod præstet, loqui semper ut qui discere velit, quam qui sciat; malis haberi pro rudi & rerum ignaro, quam pro sapiente, & prudente.

173. Si

173. Si vel maxime docti pure speculativi comprehendant parvas quasdam spiritus scintillas, tamen illæ non nascuntur a simplici fundo eminentis & divinæ sapientiæ, quæ tanquam mortem odit formas & species. Mixtura paucæ scientiæ impedit, semper æternam, profundam, puram, simplicem & veram sapientiam.

CAP. XIX.

Ejusdem Argumenti.

174. **D**Uæ sunt viæ, quæ ad cognitionem DEI deducunt. Una est remota; altera, proxima; Prima vocatur speculatione, secunda contemplatio. Docti, qui sequuntur scientificam speculationem ac dulcedinem, sensibilem, discursuum ascen-

Q 7

dunt

dunt hoc modo, quoad possunt, ad DEUM ut hoc adminiculo amare ipsum possint; sed nemo eorum, qui hanc viam sequuntur, quæ vocatur scholastica, pervenit ea sola ad viam mysticam, neque ad excellentiam unionis, transformationis, simplicitatis, lucis, pacis, tranquillitatis, & amoris, uti pervenit ad ejus experientiam is, qui deducitur divina gratia per viam mysticam contemplationis.

175. Hi docti mere scholastici nesciunt quid sit spiritus, quid perdere se in DEO, neque eo pervenerunt, ut gustarent sva-
ves ambrosias intimi fundi animæ, ubi est thronus ejus, & se communicat incredibili, intima, & deliciosa affluentia;
Sunt

Sunt etiam quidam, qui damnant hanc mysticā scientiam, quod eam non intelligant, nec gustent.

176. Theologus qui non gustat dulcedinem contemplationis, est, qui non intrat per portam, quam docet S. Paulus dicens: (a) *Si quis inter vos videtur sapiens esse, stultus fiat, ut sit sapiens: hoc est, humilietur, reputans se pro rerum omnium ignaro.*

177. Regula generalis adeoque maxima in mystica theologia est: Acquiri prius praxin, deberi, quam theoriam; prius experiendum esse exercitium supernaturalis contemplationis, quam requirendam cognitionem,

(a) Cor. 7.

nem, & investigandam plenam ejus notitiam.

178. Quanquam scientia mystica ordinarie fit humilium, & simplicium, propterea tamen docti non sunt ejus incapaces, si non quærunt se ipsos, aut magnificent artificiosam suam scientiam, præcipue si ejus obliviscantur, quasi eam non haberent, & ea tantum utantur suo loco & tempore, ad prædicandum & disputandum, quando necesse est, & deinde attendant simplici & nudæ contemplationi DEI absque forma, figura, aut consideratione.

179. Studium, quod non dirigitur ad solam DEI gloriam, compendiosa ad infernum via est, non propter studium sed propter ventum superbiæ, quam
gi-

gignit. Maxima pars hominum hoc tempore miserabilis est, qui tantum student ut satisfaciant infatigabili curiositati naturæ.

180. Multi quærunt DEUM, & eum non inveniunt, quod eos moveat magis curiositas, quam sincera, pura, & simplex intentio: desiderant potius spirituales consolationes, quam DEUM ipsum. & quemadmodum eum non vere quærunt, ita inveniunt nec DEUM, nec gustus spirituales.

181. Qui non procurat totalem abnegationem sui ipsius, non vere abstractus, adeoque nunquam capax erit veritatis, & luminum spiritus. Ut quis contendat ad scientiam mysticam, juvat non immisceri, nisi

fi

si prudenter rebus externis quatenus ex officio incumbunt. Rari sunt homines, qui audire, in majori pretio habent, quam loqui. Sed sapiens & purus mysticus nunquam loquitur, nisi quando id intermittere nequit, nec rei ulli se ingerit, nisi quæ ad officium ejus spectat; & tunc etiam prudentissime se gerit.

182. Spiritus divinæ Sapientiæ replet suavitate, dominatur fortiter, & illuminat excellenter, eos, qui se subjiciunt ipsius directioni. Ubi habitat divinus spiritus, semper invenitur simplicitas & sancta libertas (a). Sed Astutia, versutia, simulatio, artificium, Politicæ maximæ, & mundani respectus infernus sunt

(a) 1. Cor. 3. v. 17.

hominibus sapientibus & simplicibus ac integris:

183. Scias, quod abnegare se debeat, & a quinque rebus alienare ille, qui pervenire cupit, ad scientiam mysticam I. a Creaturis. II. a rebus temporalibus. III. ab ipsis donis Spiritus sancti. IV. a semetipso, & V. perdere se debeat in DEO. Hæc ultima est perfectissima, quia tantum ea anima, quæ ita se alienare potest, illa est, quæ eo pervenit, ut in DEO se perdat, & tantum hæc secure se iterum potest invenire.

184. DEUS sibi potius satisfactum credit affectu cordis, quam affectu mundanarum scientiarum. Requirit primo ut cor emundetur omnibus, quibus redditur captivum & impurum: deinde ut centum & mille res per-

peragantur, quanquam sanctæ & bonæ, ut agens tamen puritatem cordis sui non animadvertat; cui maximum inest ad obtinendam divinam sapientiam, momentum.

185. Nunquam pervenies ad supremam hanc & divinam scientiam, nisi vigore præditus sis, quando Deus te purgat suo tempore adhæſionibus non tantum quibus inhæres bonis temporibus & naturalibus, sed insuper quibus addictus es supernaturalibus & sublimibus, uti sunt internæ communicationes, ecstases, raptus & aliæ gratiæ gratis collatæ, quibus nititur & sustentatur anima.

186. Multæ animæ non veniunt ad quietam contemplationem, ad divinam sapientiam &

& veram scientiam, quanquam multas orationi horas infumant, & quotidie sacra cœna utantur, quia non subjiciunt se in omnibus, & totali cum submissione, illi qui lucem habet, neque se abnegant & vincunt, neque dedunt se totaliter DEO expectatione & alienatione. Denique nunquam perveniet anima ad renovationem, ad transformationem, ad perfectam contemplationem, ad divinam sapientiam, & affectivam unionem, donec igne cruciatuum interiorum purificetur.

CAP. XIX.

De vera & perfecta annihilatione.

187. **S**Cias in duobus solis principiis fundatam esse hanc totam fabricam annihilationis.
Pri-

Primum est, seipsum & omnia in mundo nihili facere, unde nasci oportet, ut in praxin deducatur, exspoliatio & renunciatio sui ipsius, & omnium rerum creatarum, sancto cum proposito, cum affectu & cum opere, conjuncta.

188. Secundum principium, fit magna DEI æstimatio ad ipsum amandum, adorandum, & sequendum absque ullius proprii spe commodi, quamquam sanctissimi. Ex his duobus principijs nascetur plenaria conformitas cum voluntate divina. Hæc efficax & practica cum voluntate divina in omnibus rebus conformitas, deducit animam ad annihilationem, & transformationem cum DEO, absque mixtura raptuum, & ecstasium.

ex-

exteriorum, aut vehementium affectuum; cum hæc via multis obnoxia sit illusionibus, & cum periculo morbi aut angustiis intellectus sit conjunctus; qua semita, qui ad verticem perfectionis pertingant, rari sunt, utpote, quæ acquiritur altera hac tuta, firma, & reali via, quam non absque ponderosa cruce; quoniam in ea fundatur via regia annihilationis & perfectionis: Quam sequuntur multa dona lucis, & divinorum affectuum, cum infinitis aliis gratis collatis; omnibus tamen exspoliare se debet anima annihilata, nisi velit, ut transitum ad Deificationem intervertant.

189. Anima, facto a sua humilitate continuo progressu, pergat ad exercitium annihilationis, quæ

quæ consistit in abominatione, honoris, dignitatis & laudis. Cum non sit rationi consentaneum, vilitati & puro nihilo, dari dignitatem & honorem.

190. Animæ, quæ cognoscit suam vilitatem, impossibile videtur, ut mereatur rem ullam, quin pudore potius suffusa agnoscit se indignam virtute & laude. Amplectitur æquali animo, omnem, in quem incidit contemptum, persecutionem, infamiam, pudefactionem & injuriam; & tanquam vere digna similibus opprobriis, agit gratias DOMINO, cum se videt in ejusmodi casibus, quod tractetur pro merito, & agnoscit se etiam indignam, quæ cum labore ipsius justitia; sed ante omnia gaudet contemptu & in-

in
du
in
ter
qu
ru
tio
qu
sen
agi
pra
nia
tio
per
ref
in
hin
ad
spe
der

injuria, quia inde in DEUM re-
 dundat magna gloria.

191. Eligit semper hæc anima,
 infimum, vilissimum & con-
 temtissimum gradum, tam loci,
 quam vestitus, & omnium alia-
 rum rerum, absque ulla affecta-
 tione singularitatis; judicans
 quod maxima vilitas excedat,
 semper merita sua, & hac etiam
 agnoscens se indignam. Hæc
 praxis efficit, ut anima perve-
 niat ad veram aliquam annihila-
 tionem sui ipsius.

192. Incipit anima, quæ ad
 perfectionem aspirat, mortifica-
 re suas passiones; profectior jam
 in hoc exercitio, abnegat se;
 hinc divino auxilio adjuta transit
 ad statum nihili, ubi se ipsam
 spernit, & a se abhorret, seque
 demittit, cognoscens se esse nihil,

R

ni-

nihil posse & nihil valere. Inde nascitur, ut moriatur in se, & in sensibus, multis modis, & omnibus horis; & tandem ex hac morte spiritali originem ducit vera & perfecta annihilatio; adeo ut anima jam mortua suo velle & intelligere, dicatur proprie, pervenisse ad perfectum & fortunatum annihilationis statum, quæ est ultima dispositio ad transformationem, & unionem, anima ipsa id non percipiente; Neque enim annihilata esset si eo perveniret, ut id cognosceret; & quanquam perveniat ad felicem hunc statum annihilationis, juvat scire, quod semper plus restet ad ambulandum, purificandum & annihilandum.

193. Scias hanc annihilatio-
 nem, ut perfecta fit in anima,
 fieri oportere in proprio iudicio,
 in voluntate, in affectibus, in-
 clinationibus, desideriis, cogi-
 tationibus & in se ipsa; adeo ut
 anima mortua esse debeat suo
 velle, desiderare, procurare,
 intelligere & cogitare; volens,
 quasi non vellet; desiderans,
 quasi non desideraret; intelli-
 gens quasi non intelligeret, co-
 gitans quasi non cogitaret, ut in
 nullam rem propendeat, sed
 amplectatur æqualiter contem-
 tum, & honores, beneficia &
 castigationes. O felicem ani-
 mam illam, quæ ita mortua est,
 & annihilata! ea non amplius in
 se vivit; quia DEUS vivit in ea;
 jam potest verissime de ea dici,
 quod sit Phoenix renovata, quia
 R 2 est

est immutata, facta spiritualis,
transformata, & Deificata.

CAP. XX.

*Demonstratur quomodo nihilum sit pra-
sidium ad consequendam puritatem,
anima, perfectam contemplationem,
& divitem interioris pacis thesau-
rum.*

194. **V**ia perveniendi ad altum
illum animi reformati
statum, qua immediate pertin-
gitur ad Summum nostrum bo-
num, ad nostram primam ori-
ginem, & ad summam pacem,
est nihilum. Cura, o anima!
ut semper in hac miseria sis sepul-
ta. Hoc nihilum & hæc cognita
miseria medium est, per quod
DOMINUS operetur in anima tua
mirabilia. Induas te hoc nihilo,
& hæc miseria, & procura ut hoc
ni

nihilum fit continuum tuum alimentum, & habitatio, donec te profunde in eam immittas; ego vero certo tibi polliceor fore, ut DOMINUS fit omnia in anima tua, situ hac ratione nihil fueris.

195. Quare credis, infinitas animas impedire exundantem donorum divinorum torrentem? Quia volunt aliquid agere, & desiderant magni esse; hoc nihil est aliud, quam exire ex interiori humilitate, suoque nihilo, ideoque impediunt mirabilia, quæ infinita illa bonitas vult operari. Inhærent ipsismet donis spiritualibus, ad exeundum e centro nihili, & omnia ipsis male eveniunt; quia scire debes, quod non invenitur, nisi in solo contemptu tui ipsius, & in nihilo.

R 3 196. Quæ.

196. Quærimus nos ipsos, quoties eximus e nihilo, ideoque non pervenimus ad quietem & perfectam contemplationem. Internam te reddas in veritate tui nihili, & nulla re inquieteris, quin potius humilieris, & pudeat te tui ipsius, adeoque te pro nihilo reputes, ut propriæ æstimationis vel conspectum fugias.

197. O quam firmum propugnaculum invenies in hoc nihilo! Quis sumet sibi ullam tibi exhibere molestiam, si in locum tam munitum te receperis? quandoquidem anima, quæ a semet ipsa spernitur, & quæ in sua cognitione nihil est, a nemine potest accipere molestiam, aut injuriam. Anima quæ intus consistit in suo nihilo, ob-

fer-

servat silentium internum, vivit resignata in quocunque tormento, quod judicet semper se plus adhuc mereri; de proximo non male suspicatur; non intuetur, alterius defectus, sed proprios; infinitis imperfectionibus liberatur, magnarum virtutum, Domina redditur? Stante anima quieta in suo nihilo, DOMINUS eam perfectam, divitemque reddit, ac depingit in ea suam imaginem & similitudinem absque obstaculo.

198. Per viam nihili eo veniendum tibi est, ut in DEO te, perdas (qui est ultimus perfectionis gradus) & si ita te scias perdere, felix eris, lucraberis te, & certo te iterum invenies. In hac nihili officina fabricatur, simplicitas, invenitur interior,

R. 4 &

& infusa recollectio, acquiritur quies, emundatur cor ab omni imperfectionum genere. O quantum deteges thesaurum, si in nihilo locaveris tuam habitationem! Et si internam te reddis in centro nihili, nulli rei exteriori te immiscebis (gradus, in quem infinitæ impingunt animæ) sed tantum illis, quæ tui sunt officii, incumbes.

200. Si fueris conclusa in nihilo (quo non perveniunt adversæ fortunæ casus) nulla res molestiam tibi creabit, nihil te inquietabit. Hac via perveniendum tibi est ad dominium, tui ipsius, quia tantum in nihilo regnat perfectum & verum dominium. Scuto nihili vinces strenuas tentationes, & terribiles invidi inimici suggestiones.

201. Co-

201. Cognoscens quod nihil sis, & nihil possis, & nihil valeas, amplecteris cum quiete, passivas ariditates; tolerabis horribiles desolationes, sufferes spiritualia martyria & interiora, tormenta. Mediante hoc nihilo moriendum tibi est in te ipsa, multis modis, omni tempore & omnibus horis.

202. Quis excitare poterit, animam ex hoc dulci, suavissimoque ac sapido somno, cum dormit in nihilo? hac via pervenit David, seipso non advertente, ad perfectam annihilationem. (a) *Ad nihilum redactus sum & nescivi*; In nihilo persistens, occludes portam omni, quod non est Deus, secedes etiam a te ipsa, & ambulabis ad

R 5 in-

(a) *Psal. 17.*

interiorem illam solitudinem, ubi divinus sponsus loquitur in corde cum sponsa sua, eam docens altam & divinam sapientiã. Summerge te in hoc nihilo, & invenies ibi sacrum asyllum, contra quamcunque tempestatem.

203. Hac via revertendum tibi est ad felicem innocentie statum, perditæ a primis nostris parentibus. Per hanc portam ingredienda tibi terra felix viventium, ubi invenies summum bonum, latitudinem charitatis, pulchritudinem justitiæ, rectam lineam æquitatis, & rectitudinis, & in summa, omnem perfectionem. Tandem non intuearis quicquam, nihil desideres, velis nihil, nec rem ullam procures & in omnibus vivet
ani-

anima tua quiete, & gaudio tranquillata.

204. Hæc via est ad acquirendam animæ puritatem, perfectam contemplationem & interiorem pacem. Incede modo tuta hac semita, & cura ut te submergas in hoc nihilo, perdas te, & tanquam in abyssum præcipites, si volueris te annihilare, unire te, & transformare.

CAP. XXI.

De summa felicitate pacis interioris, & de miraculosis ejus effectibus.

205. **A**Nnihilata jam anima & perfecta nuditate renovata, experitur in parte superiori profundam pacem, & suavissimam sapidamque quietem, quæ eam deducit ad tam perfectam amoris unionem, ut tota jubilet.

R 6

Per-

Pervenit jam anima ad tantam felicitatem, quæ nil vult, nec desiderat quicquam, nisi quod voluerit amatus ejus. Hac voluntate conformat se in omnibus casibus tam consolationis quam angustia, & simul gaudet in omnibus perficere divinum beneplacitum.

206. Nulla amplius res est, quæ non eam consoletur, nec deest ipsi quicquam, quo possit dolore affici; mori gaudium ipsi est, & vivere ejus exultatio. Tam contenta est in terra, quam in Paradiso, non minus jubilat in privatione, quam in possessione; ægrota quam valens; quia novit, hanc esse voluntatem DOMINI. Hæc est vita ejus, hæc ejus gloria, Paradisus, pax, tranquill-

quillitas, requies, consolatio, & summa felicitas.

207. Si huic animæ, quæ jam ascendit per gradus annihilationis ad regionem pacis, eligendi quædam incumberet necessitas; prius eligeret solatii privationem, quam consolationem; contemptum, quam honorem; quia amantissimus JESUS maximi fecit opprobrium & molestiam. Sufferebatur antea fames bonorum cœlestium: sitis DEI, timor eum perdendi, planctus in corde, & bellum Diaboli; nunc conversa est fames in exaturationem, sitis in satietatem, in securitatem timor, tristitia in lætitiâ; jubulum in planctum, funestumque bellum in summam pacem. O felicem animam! quæ in terra jamtum fruitur tam

R. 7 in-

inigni felicitate! Scias has animas (quanquam paucas) esse, columnas firmissimas, quæ sustinent Ecclesiam, & quæ temperant divinam indignationem.

208. Jam hæc anima cœlum pacis ingressa, agnoscit se plenam Deo, ejusque donis supernaturalibus, quia vivit, fundata in puro quodam amore, & æqualiter ipsi placet lux, ac tenebræ; nox & dies, tristitia & consolatio. Per sanctam hanc & cœlestem indifferentiam non perdit pacem in adversitatibus, neque tranquillitatem in tribulationibus, quin potius videt se plenam ineffabilibus gaudiis.

209. Et quanquam princeps tenebrarum moveat contra ipsam omnes inferni insultus cum horribilibus tentationibus,

re-

ref
fir
ipi
mo
ter
ter
gra
bu
dar
por
did
cu
ne
cla
fun
2
hac
fer
gn
tor
stic

resistit in hoc bello; tanquam firma columna, cum eveniat, ipsi quod obtingere solet in alto monte, & in profunda valle, tempore tempestatis.

210. Obscuratur vallis densis tenebris, sævis tempestatibus, grandinibus, tonitribus, fulminibus & sagittis, ut videatur quædam infernifacies. Eo ipso tempore alti montes apparent splendidi, accipientes radios solares, cum pace & serenitate, permanentes toti tanquam Cælum clarum, pacificum & luminosum.

211. Idem evenit in anima, hac fortunata. Vallis partis inferioris suffert tribulationes, pugnas, tenebras, desolationes, tormenta, martyria & suggestiones; & eodem tempore in
alto

alto monte partis superioris animæ, verus Sol illustrat, inflammat & illuminat; unde redditur clara, pacifica, resplendens, tranquilla, serena, & mare quoddam exultationis.

212. Tanta igitur animæ hujus puræ quies est, quæ pervenit ad montem tranquillitatis; tanta pax in ejus spiritu, tanta serenitas, & tam placidus status in interno; imo etiam in externo, in quo etiam pellucet certi quidam radii, aut nescio quid
DEI.

213. Quia in throno manifestantur perfectiones spiritualis pulchritudinis; hic vera lux secretorum, & divinorum mysteriorum nostræ sanctæ fidei, hic humilitas perfecta usque ad annihilationem sui ipsius; plenissima
ma

ma resignatio, castitas, & paupertas spiritus, simplicitas & innocentia columbæ, exterior modestia, silentium & solitudo interior, libertas & puritas cordis; Hic oblivio omnis rei creatæ usque ad seipsam, læta simplicitas, cœlestis indifferentia, oratio continua, totalis nuditas, perfecta alienatio, sapientissima contemplatio, conversatio cœlestis, & tandem perfectissima & serenissima, pax interior, de qua dicere potest hæc anima felix, quod Sapiens dixit de Sapientia, quod cum ipsa venerint sibi omnes reliquæ gratiæ. (a) *Venerunt mihi omnia bono pariter cum illa.*

214. Hic est dives & absconditus thesaurus, hæc desiderata dra-

(a) *Sap. 7. v. 11.*

drachma Evangelii, hæc vita beata, vita felix, vera vita, & beatitudo terræ. O pulchram magnitudinem, incognitam filiis hominum! o excellentem vitam supernaturalem quam es admirabilis, & quam ineffabilis, cum imago sis beatitudinis! O quam sublevas a terra animam, ut e conspectu perdat omnes res vilitatis terrenæ. Paupera es in exteriori, sed in interno ditissima. Videris humilis, sed es altissima. Tandem tu illa es, quæ facit, ut in terra vivatur vita divina; da mihi DOMINE, & summa bonitas, da mihi bonam portionem cœlestis hujus felicitatis, & veræ pacis, quam mundus, utpote sensualis, nec cognoscere potest, nec accipere. *Quem mundus non potest accipere.*

CAP.

CAP. XXII.

Exclamatio amantissima, & querulus ad DEUM gemitus ob paucas animas quæ perveniunt ad perfectionem, & ad amabilem unionem & divinam transformationem.

215. **O** divina Majestas, in cuius præsentia tremunt, & conquassantur columnæ Cæli! O bonitas plusquam infinita, cuius amore ardent Seraphini! Da mihi **DOMINE** licentiam, deplorandi nostram cœcitatem & ingritudinem. Vivimus omnes & versamur in errore; quærentes mundum stolidum, te relinquentes, **DEUM** nostrum, Omnes ob putidas sordes mundi relinquimus te, fontem aquarum vivarum.

216. **O** filii hominum quousque sequi volumus mendacium
&

& vanitatem? Quis in errorem nos induxit tantum, ut relinqueremus Summum bonum? nostrum DEUM? Quis majorem nobis declarat veritatem? Quis magis nos amat? Quis magis nos defendit? Quis, ut amicus sit, prudentior, ut sponsus; tenerior, ut Pater, melior est? Tantamne esse nostram cœcinitatem, ut omnes relinquamus summam hanc & infinitam bonitatem!

217. O divine DOMINE! quam paucæ animæ sunt in mundo, quæ perfectæ tibi serviant. Quam paucæ sunt illæ, quæ pati velint, quæ sequantur CHRISTUM crucifixum, quæ amplectantur crucem, quæ abnegant propriam voluntatem, & spernent seipsas! O quanta animarum rar-

ri-

ritas est alienatarum, & totaliter nudarum! Quam paucæ sunt animæ mortuæ in se, & vivæ per DEUM, & in divino beneplacito perfecte resignatæ. Quanta animarum raritas, ornatarum simplici obedientia, profunda cognitione sui, & vera humilitate! Animarum, quæ ad omnia indifferenter se habentes, manibus DEI se permittant, ut perficiat in ipsis divinam voluntatem suam! Animarum purarum, corde simplici & alienato? & quæ exspoliatæ proprio intelligere, scire, desiderare, & velle anhelent ad abnegationem sui, & mortem spiritualement! O quanta animarum paucitas est, quæ permittere velint, ut divinus Creator in ipsis operetur, quæ patiantur, ne patiantur, quæ moriantur, ne


ne moriantur! Quam pauca sunt animæ, quæ velint oblivisci sui ipsius, exspoliare cor affectibus, suis desideriis, delectationibus in rebus propriis, proprio amore, & iudicio. Quæ permittere se velint manuactioni per viam regiam abnegationis, & per interioriorem semitam! quæ sinere velint, ut annihilentur, moriantur sensibus, & sibiipsis. Quæ permittere velint, ut evacuentur, purificentur & exspolientur, ut DEUS eas vestiatur, eas repleat, & perfectas reddat! Denique quam parvus est, DOMINE, numerus animarum cæcarum, mutarum, surdarum, & perfecte contemplativarum.

118. O ignominiam filiorum Adami! qui ob vilitatem spernamus veram felicitatem, & qui
im-

impediamus summum bonum,
 & divitem thesaurum, & infi-
 nitam bonitatem. Jure ac me-
 rito lamentantur Cœli quod pau-
 cæ sint animæ, quæ sequi velint
 pretiosas eorum vias. *Via Sion*
lugent, eo quod non sint, qui veni-
ant ad solennitatem. T. bren. 1, 4.

Omnia suppono humillime prostrata
 correctioni S. Ecclesiæ Catho-
 licæ Romanæ.





D. MICHAELIS DE MOLINOS,
SACERDOTIS,
De
QUOTIDIANA
COMMUNIONE,
TRACTATUS BREVIS,
TRIA IN CAPITA DIVISUS
&
in Latinam Linguam
translatus.

J. MICHAELIS DE MOLINO
SACRDOTIS

COMMUNIONE
QUOTIDIANA

TRACTATUS BREVIS
DETA IN CAPITA DIVISA

In Libreria
Ludovici



Ejus, qui Italica Lingua hunc tractatum edidit, ad Lectorem.

Præfatio.

Pervenit ad manus meas brevis hic de quotidiana Communionis Tractatus, Idiomatico Hispanico a D. Michaelē Molinosio conscriptus, & ratus impressionem, ejus cessuram esse in gloriam DEI, & multarum animarum emolumentum, quæ absque errore viventes bonis in desideriis, & quædam etiam in oratione versantes intermittunt communionem quotidianam, nescientes damnum, quod faciunt, & vano quodam timore territi, qui ipsis reverentia audit, quiq; multos etiam Patres spirituales permovet, ne permittant animabus quæ ab ipsis reguntur, quæ

que ita, ut dictum est, sunt dispositæ,
ut accedant tam frequentes ad divi-
nam hanc mensam; sollicitus fui, ut
modo indicatus Auctor in linguam
Italicam tractatum hunc converten-
dum, ac typis exscribendum curaret.
Verum cum hujus voti mei compos
fieri non possem, & interius me per-
motum sentirem, publicæ luci eum
exposui, ut omnes ejus participes fie-
ri possent. Faxit DOMINUS ut obti-
neatur fructus desideratus, cui poteris,
devote Lector! acceptum ferre, si quid
Te juvabit lectio, uti spero in di-
vina ejus Majestate. *Vale, &
ora pro me peccatore.*





APPROBATIO.

Reverendissimi Patris Fr. Petri Damiani de S. Thoma ab Aquino, Carmelita Excalceati, olim Definitoris Generalis & nunc Visitatoris Generalis ac Professoris Theologiae.

TRactatus de quotidiana Communione lingua Hispanica a D. Mich. Molinosio sacerdote conscriptus, & a devoto quodam in Italicam conversus, persuadere nititur fidelibus antiquam Apostolorum consuetudinem, circa quotidianam Communionem, olim in Ecclesia Romana observatam, in se laudabilem ut dicit D. Angelicus, *si quis se quotidie paratum inveniat, laudabile est quod quotidie sumat, nec prohibendam illi, qui legitime dispositus, & consentiente direttore spirituali, vellet etiam his temporibus, in quibus refrigescit charitas multorum*



æmulari sanctitatem devotionem &
fervorem primitivorum catholicorum:
Propterea cum nihil in eo deprehen-
derim sive fidei, sive bonis moribus
contrarium, quantum ad me, eum ty-
pis dignum reor atque judico.

Roma e nostro Conventu

S. Mariæ de Scala.

20. Maj. 1675.

Fr. Petrus Damianus de
S. Thoma ab Aquino,
Carmelita Excalceatus,
Professor Theologiæ &
Visitator Generalis.

AP-



APPROBATIO.

Reverendissimi Patris Nicolai Martinez S. J. & primus Professor & Cathedralis Theologia in Collegio Romano.

LEgi scriptum hoc sive Tractatum, de quotidiana Communione, a D. Michaelae Molinosio Sacerdote compositum ac typis dignum existimo. Doctrina quam comprehendit, sanctissima est, fundata in charitate CHRISTI, in doctrina Conciliorum, in traditione S. Patrum, in testimoniis Theologorum; & in ratione naturali, comite usa lumine principiorum revelatorum supernaturali. Nihil superest, quam, ut typorum beneficio, publici usus fiat thesaurus hic absconditus, ut omnes fideles experiantur in praxi utilitatem, quam docte adeo ipsis promittit speculatio. &c.



APPROBATIO.

*Reverendissimi Patris Fr. Dominici
de Sanctissima Trinitate, Qua-
lificatoris S. officii Romani, olim
Generalis Carmelitarum Excal-
ceati & modo Definitoris Gene-
ralis, ac Rectoris Seminarii Mis-
sionis in Conventu S. Pancratii.*

EGO infra nominatus, legi magna
attentione Tractatum de quodia-
na Communione, lingua Hispanica a
Domino D. Michaelae Molinosio Sa-
cerdote compositum; in quo nihil pla-
ne inveni S. nostræ fidei bonisque mo-
ribus contrarium, nec quicquam quod
Reverentice Sanctissimo Eucharistia
Sacramento debitæ repugnet; Cum
Auctor ita in genere probet, posse fre-
quenter imo quotidie eo uti omnes
fideles justos, & qui omni peccati mor-
talis macula careant, quæ quidem di-
spositio absolute est necessaria, & suffi-
ciens ut quis communionis fructum,
fe-



ferat, ut nihilominus prudentiæ pii & docti Magistri spiritualis iudicium rei, quæ tanti est momenti, relinquat, ut iudicet, quid cuique in specie maxime conveniat secundum ejus statum, & quæ etiam perfectior dispositio majoris devotionis ac fervoris in charitate requiratur ad accipiendum similiter majorem & abundantiore tam frequentis communionis fructum, qua propter eum typis dignum iudico, non minus ut amentur illi, qui, nimis humiles, sacra cœnæ usu frequentiori abstinant, quam etiam illi, qui jamtum ex amore tam frequenter accedunt, ut eo semper digniores evadant & in puritate ac sanctitate vitæ crescant.

E nostro Conventu S. Pancratii die 26. Maji.

1675.

Fr. Dominicus de S. Trinitate,
Definitor Generalis, & Re-
ctor Seminarii Missionis in
loco indicato.

a 5

PRÆ-



PRÆMONITIO AUCTORIS.

Non animus mihi est hoc in argumento differere ex respectibus humanis aut passionibus, nec defendere controversias duriores, nec propagare opiniones proprias. Et quāquam scripserim brevem hunc tractatum coactus, & sollicitatus continuis Zelotarum quorundam precibus, unice tamen spectavi gloria divina incrementum, & animarum emolumentum spirituale. Neque propositum mihi est, ut per hunc tractatum, aut per rationes in ipso prolatas dirigantur fideles in frequenti communione, absque prudenti, & sancto consilio Patris spiritualis, cum semper magis proficuum esse existimem, ut quis ejus morem gerat preceptis, etsi communionem etiam impediatur, quam ut quis quotidie proprio obsecutus judicio, ac sententia, communicet. Tantummodo conscriptum hoc est compendium e rationibus & testimoniis Conciliorum, Sanctorum & Doctorum, ut intelligant Patres confessores, quā exigua nitantur ratione, si animas communionem interdican, quæ eam desiderant, & proficiunt, ipsorū directioni subiecta.

De



De
COMMUNIONE
 QUOTIDIANA.
 TRACTATUS BREVIS.

CAP. I.

*Nullus Minister impedire debet communio-
 nem Fidei, qui eam desiderat, & re-
 quirat, modo non cognoscat conscien-
 tiam peccato mortali commacula-
 tam.*

Concilium Tridentinum,
 ubi de præparatione agit,
 quæ Sacerdotibus ac Se-
 cularibus conveniat, ut digne
 accipiant sacram eucharistiam,
 sequentibus utitur verbis: *Eccle-
 a 6* *sa.*

siastica consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absq; praemissa Sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat, quod a Christianis omnibus etiam ab eis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hac sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit. Unde clare infertur Concilium, non aliam necessario exigere dispositionem, ut Seculares communicent, & Sacerdotes Missam celebrent, quam ne peccatum habeant mortale. Quare igitur Ministri eos impediunt, qui isthanc habent dispositionem?

Non affirmabunt Ministri, majorem esse suam quam Concilii auctoritatem, neque se doctiores omnibus, qui ipsi interfue-

fuerunt, Ecclesiæ Patribus profitebuntur: Neque dicent se, majori a DEO lumine præditos esse, quam illud fuerit, quod tunc Ecclesiæ sponsæ suæ communicaverit. Ministris igitur non convenit, majorem postulare dispositionem, quam ut quis sine peccato mortali sit, quando Conciliū majorem non requirit.

Aut Ministri & Sacerdotes qui Missam quotidie celebrant, habent sanctitatem istam & perfectionem, quam in Secularibus exigunt, aut eam non habent? Quod eam habeant, haud affirmabunt, id enim verteretur superbiæ: Quod si autem non habent, ac quotidie Missam celebrant cur a secularibus eam requirunt, ad concedendam ipsis quotidianam Communionem?

Recte suadetur ipsis hæc perfectio, verum si eam non habeant, a ratione alienum est, eos tanto bono privare; Verendum enim ipsis, ne a CHRISTO DOMINO nostro audiant, quod dixit Pharifæis. (a) *Quod imponant onera gravia difficiliaque portatu in humeros hominum: digito autem suo nolint movere.* Davidis quoque effatum (b) de iis verum est: *mendaces filii hominum in stateris;* aliam enim sibi servant, aliam Secularibus.

Si ad celebrandam quotidie Missam, & ad consecrandum, & offerendum sacrificium, quod sanctissimum est ministerium, Concilium dignam fatis dispositionem judicat, carere peccato mor-

(a) *Matth. 23. v. 4.*

(b) *Psal. 62. v. 10.*

mortali ; quanto dignior erit
ad solam communionem.

Si Concilia , Ecclesia , Pon-
tifices & Doctores majorem
non requirunt dispositionem ad
percipiendam Sacramenti hujus
fructum , quam peccati morta-
lis carentiam ; cur Ministri ali-
am majoremque exigunt ? Con-
cilium Tridentinum sequentia
habet verba (a) *optaret quidem
sancta Synodus ut in singulis missis
Fideles adstantes , non solum spiri-
tuali affectu , sed Sacramentali etiam
Eucharistia perceptione communica-
rent , quo ad eos hujus sacrificii fru-
ctus uberius perveniret.* Rem fa-
tis bonam existimaret , & opta-
ret sacrosanctum Concilium ut
in Missa quotidie fideles ; ad
eam audiendam accedentes ,
com-

(a) *sess. 28. cap. 6.*

catores & in conjugio viven-
tes: (a) id refert Sacra Rota,
Anno 1587. & postquam decre-
viffet, quod etiam quotidie,
communicare possint omnes
seculares, quanquam sint Mer-
catores, ac in conjugio vi-
vant, subjungit sequentia ver-
ba: *quapropter exhortandi sunt fi-
deles, ut sicut quotidie peccant, ita
quotidie medicinam accipiant. Et
idem Concilium Tridentinum,
dicit: (b) qui manducat me, ipse
vivet propter me, & tanquam anti-
dotum, quo liberemur a culpis quoti-
dianis, & a peccatis mortalibus pra-
servemur. Quod si hic Concilium,
& ejus decretum, non loquitur
de*

(a) *Barbosa in Concil. Trident. super
cap. 23.*

(b) *Sess. 13. cap. 2. de Institut. sanctiss.
Sacr.*

de Basiliis & Antoniis, neque de
Catharinis & Claris, quales eos
quidam dicunt, esse oportere;
sed de illis, qui quotidie peccant;
cur interdicuntur medicina, qua
a peccatis præservari poterant.

Concilium Mediolanense (a)
& Cavidonense (b) in eadem sunt
sententia.

B. Pius Quintus dicit (c) te-
neri Parochos ut exhortentur
sæpius Fideles; quoniam, cum
necessarium ducant corpus quo-
tidie cibo nutrire, etiam necesse
habere debeant, animam quoti-
die hoc Sacramento alere; Man-
na enim, ejus figuram, quoti-
die comedisse filios Israël in
deserto. Et non tantum S. Au-
gu-

(a) 3. de Evesb.

(b) Caut. 46.

(c) Cath. Rom. 2. p. c. 4. §. 60.

gustini hæc sententia est: *Quotidie peccas, quotidie communices:* sed etiam omnium Sanctorum..

(a) S. Ignatius, Episcopus & Martyri exhortatur, ut accedamus sæpius ad recipiendam Eucharistiam: quod ejus frequentia debilitet vires Satanæ. Concilium Alexandrinum, (b) Absque ejus frequentia difficulter conservari gratiam.

(c) S. Johan. Chryostomus: non esse temeritatem si Christianus accedat sæpius ad recipiendum hoc sacramentum; eum, qui non sibi conscius sit gravis culpæ, posse quotidie ad illud accedere.

(a); Theo-

(a) *Ep. 14. ad Eph. sub fin.*

(b) *de Eub. c. 5.*

(c) *in Ep. P. ad Tim. f. 5.*

(a) Theophylactus : ut scias, an possis communicare, te debere esse iudicem, cumque te examinaveris, posse id facere, non expectato etiam die festi: nisi culpæ gravis tibi conscius sis.

(b) S. Cyprianus : requirere nos debere panem hunc quotidianum, nisi culpam gravem admiserimus, recipere eum quotidie debere, qui nobis det vitam æternam, & postulare, ut quotidie nobis detur Panis noster, qui fit CHRISTUS DOMINUS noster; ut in gratia ejus nos conservemus. Non leve damnum esse, intermittere quotidianam communionem.

(a) S. Hi-

(a) in 1. Cor. 11.

(b) in or. Dom. serm. 6.

(a) S. Hilarius : Si peccata, non sint adeo gravia, ut excommunicationem mereantur, cum non sint mortalia, & etiam si talia fuerint, tamen si fassus fueris, ut interpretatur Suarez (b) te non recedere debere a medicina quotidiana, quæ est corpus & sanguis DOMINI.

(c) S. Ambrosius : recipere te debere quotidie id, quod quotidie te juvare debeat : Eum, qui non mereatur id quotidie recipere, non mereri etiam, ut post annum recipiat : peccata esse quotidiana, & hunc divinum panem etiam esse quotidianum. Si pecces quotidie, mundari te etiam culpa quotidie

(a) *de Consec. dist. 2. c. 51.*

(b) *disp. 60. sess. 3.*

(c) *l. 5. de Sac. c. 4.*

die debere in fonte Pœnitentiæ,
& accedentem te ad divinum
hoc sacramentum quotidie, in-
venturum esse medicinam salu-
tarem, non venenum iudicii.

(a) S. Hieronymus : debere
nos accipere Eucharistiam, quo-
ties sumus absque peccato mor-
tali : suoque tempore, anno 470.
Romæ adhuc, & in Hispania vi-
guisse consuetudinem quotidia-
næ communionis.

(b) S. Augustinus : tuto te
accedere posse, si venias absque
peccato, panem esse, non vene-
num.

(c) Idem; melius esse com-
municare ex devotione, quam
intermittere ex reverentia.

Alio

(a) *in Apol. cont. Jovin.*

(b) *Tr. 26. in Job.*

(c) *Ep. de verb. Dom serm. 28.*

Alio loco : Panem hunc esse quotidianum , teque eum quotidie debere recipere, quia quotidie te juvet, & quotidie eum accipere possis.

Eidem Augustino tribuunt quidam illam sententiam : *Quotidie Eucharistia communionem percipere nec laudo, nec reprehendo.* Qua Episcopus quidam reprehendebat S. Catharinam Siensem , quod quotidie communicaret. Respondebat autem Sancta : cur in ea reprehenderet quod S. Augustinus reprehendere ausus non esset ? (a) Bellarminus tamen affirmat, hanc sententiam non esse S. Augustini , sed Gennadii Massiliensis, idque confirmant multi alii Auctores.

(a) S. Gre-

(a) in lib. de Script. Eccl. An. 420.

(a) S. Gregorius: DOMINUM dare nobis salutare hoc sacramentum, ut remittat peccata quotidiana, id igitur quotidie nos accipere debere.

(b) S. Bernhardus: Vulneratum quærere medicinam, vulneratos nos esse, si habeamus peccata, medicinam autem esse divinum Sacramentum, id accipere te debere quotidie, ut fane-
ris quotidie.

(c) S. Apollonius suadebat suis Monachis, ut quotidie communicaent, quo in gratia se-
conservarent.

(d) S. Bonaventura: quan-
quam

(a) *de Consecr. d. 2. c. quid sit san-
guis.*

(b) *In Serm. de Cœn. DOM.*

(c) *in Vita Patr. ejus vita.*

(d) *de prac. relig. process. 7. c. 21.*

quam tepidum te videas, & cum parvo fervore, confisum tamen misericordiae DEI, tuto accedere posse ad Communionem; Si indignum te existimes (modo peccati mortalis non sis tibi conscius) accedere debere, quo infirmior enim sis, eo magis te opus habere Medico. Non recipere te, CHRISTUM, ut eum sanctifices, sed ut te sanctificet.

(a) Concilium Alexandrinum: Absque frequenti ejus usu difficulter conservari gratiam.

(b) S. Antoninus, Florentinus: suaderi, debere illis, qui bene vivunt, ut frequenter accipiant sanctissimum hoc Sacramentum. Quemadmodum enim, si quis diutius cibo corporali

b

rali

(a) c. 5. de Euch.

(b) Pars 3. l. 14. c. 12. §. 5. & 6,

rali abstineat, corpus debilitet, & ad mortem disponat: ita abstinentiam a cibo hoc spirituali, debilitare animam, fervorem consumere, & in peccatum mortale paulatim pertrahere.

(a) Adrianus Papa: Facta præparatione secundum fragilitatem humanam, tutius esse accipere Sanctissimum, quam ab eo abstinere.

(b) S. Thomas ab Aquino, quærit, an licitum sit quotidie communicare? Et respondet cum S. Augustino: Panis hic est quotidianus, accipe illum quotidie, ut quotidie proficias

(c) S. Isidorus: dicere quosdam, communicandum esse
quo-

(a) *in 4. sent. tract. de Euch.*

(b) *3. par. quest. 80. art. 10.*

(c) *Lib. 3. de Eccl. offic.*

quotidie, si finis absque peccato: & benedicere, modo id fiat cum veneratione & humilitate.

(a) S. Anacletus Papa: quotidianæ Communionis usu refrigerante, eum renovavit, constituens, ut post consecrationem omnes præsentis communicerent, quod hæc consuetudo (ut in decreto aliquo ait) ab Apostolis fuerit stabilita, & observata, ab Ecclesia Romana, adeo, ut illi, qui non communicarent, ecclesia ejicerentur.

(b) Innocentius III. illum communicare posse statuit, qui habeat conscientiam a peccato mortali liberam, & de veniali doleat.

b 2 (a) S. Atha-

(a) *de Consec. dist. 1. c. 2. ca. p. r. acta.*

(b) *in tract. Miss. l. 4. c. 44.*

(a) S. Athanasius; cum examinaveris conscientiam tuam, ad communionem semper accede, non expectato die festi.

(b) Enriquez refert; Sanctos, Augustinum, Ambrosium & Hieronymum laudare illos, qui quotidie absque peccato communicent. Confessorem iis, quos absolute dignos judicaverit, suadere posse, ut communicent, etsi metuant, ne facile relabantur. Nil attinere priorum profectuum facere periculum, per communionem frequentem; profectum enim spirituales (quod sit insensibilis) minus sentiri, quam corporalem.

(a) Tho.

(a) *1. ad Cor. probet autem.*

(b) *Lib. 8. de Ench. c. 88. n. 2.*

(a) Thomas a Kempis: Si modo tam sæpe negligens sum & tepidus, quando communico aut celebros; quid fieret, si non communicarem: Adderem ego: si quando communico, malus sum, offenderem totum mundum, & damnarer, si non communicarem.

Defendunt omnes Doctores sequentes quotidianam Communionem rationibus efficacissimis, quæ brevitatis studio omituntur.

Innocentius III. *tract. de Missa l. 4. c. 44.*

S. Athanasius *1. ad Cor. 11. probet autem.*

Enriquez *l. 8. de Euch. c. 88. n. 2.*

Thomas a Kempis *l. 4. de imit. Christi c. 3.*

b 3

Alexan-

(a) *l. 4. de Imit. Christi.*

Alexander ab Ales 4. part. quest. 51.
art. 10.

Gerfon in opere trip. c. 19.

Patriarcha Hierosolymit. in 4. dist.
12. qu. 2.

Joh. Celayain 4. sent. dist. 12. qu. 2.

Ranerius Pisanus. 1. part. tract. Eucha-
rist. c. 26.

Martinus de Ledesma. p. 1. q. 4. art.
10.

Nider in praecept. 3. c. 12. n. 12.

Astensis in Summ. 2. par. lib. 4. tit. 27.

P. Salmero. tom. 9. tract. 41.

P. Franciscus Suarez tom. 3. dist.
63. sect. 3.

Durandus in 4. dist. 12. quest. 5.

Victoria in Sum. quest. 76.

Joh de Fiburgo Sum. l. 3. de Euch.
tit. 24.

Joh. Altestaing l. 4. c. 5.

Gabriel Major in Sum. tr. 3. de Euchar.

Raimundus in Sum tract. 3. de Euch.

Petrus de Soto in 4. dist. 22. quest. 1.
art. 10.

Ludov. Blosius *Dialog. Suson.*

Stephanus Bolufer *l. 4. dist. 12. qu. 14.*

Rofela *Sum. tract. 3. de Euch.*

P. Christophorus de Madrid *de frequ. Commun. cap. 1.*

Reginaldus *de prudent. Conf. c. 11.*

Franciscus de Lavata *Verbo Euchar. pro pos. 18.*

Dionysius Carthusianus *de Euch. c. 5.*

Joh. Major *in 4. dist. 9. quest. 1.*

Venantius Fortunatus *in Orat. Domin.*

Hofius Cardinalis *de Cerem. fol. 371.*

Episcopus Perez *de Sacr. q. 80. art. 9.*

Vivaldus *de Euch. n. 139.*

Christophorus & Morenus *lib. Claridad. de simples.*

Jacobus Bajus *de instit. relig. Christ. l. 2. c. 19.*

Illuminatus P. Joh. Taulerus. *Serm. 1. Dom. 7. post Trinit.*

Alphonfus Rodiquez *2. p. tr. 8. c. 10.*

Antonius Molina *tr. 7. p. 870.*

Ludovicus Fandone *tr. de div. Sac. p. 2. c. 11.*

P. F. Josephus de S. Maria *tr. de Commun.*

Raimundus Sebunde *Dial. 7. c. 17.*

Maurus Antonius *de Euch. c. 5.*

Petrus Marsilia. *Memor. Compost. fol. 82.*

P. F. Antonius de Alvarado *Guida delli Schiavi fol. 414.*

Alphonfus Chinchilla *tr. d Commun. dogm. 3.*

P. F. Ludovicus de Granata *tr. 3. c. 8. § 2.*

Villalobos. *1. par. tr. 3. dis. 4. n. 3.*

Almai *in 4. dist. 26.*

Joh. Sanchez *dist. 23. n. 13.*

Palas *in 4. dist. 31. disc. 2.*

Bafilus *l. 1. Matrim. c. 21. n. 6.*

Veracruz *3. par. Spec. artt. 16.*

Sa de Verb. Euch. *n. 12.*

Erricus Enriquez *in Sum. l. 8. de Euch. c. 48.*

Ferrer *in Arte cognoscendi JESUM 3. par. dial.*

Escobar *l. 2. sess. 4. denotat. Sanct.*

Men-

Mendoza *par. 3. de Sac. instit. 32.*

Cassianus *in Vitis Patrum.*

Medina *l. 1. c. 14.*

Hieronymus Perez *in Sum. Theol.*

Adrianus *in 4. sent. tract. de Euch.*

Ait tandem illuminatus Taulerius : quod accipere sanctissimum Sacramentum absque peccato mortali, uti diximus, majorem afferat utilitatem, quam centum audire missas aut centum conciones. Et dicunt etiam multi auctores, uti refert Hieronymus. Perez, (a) quod qui semel acceperit divinum, hoc sacramentum absque peccato mortali, obtineat majorem gratiam, quam si ter institueret peregrinationem ad sanctum, sepulchrum Hierosolymitanum & quod nemo unquam commu-

b 5

ni-

(a) *in Summa Theolog. de Euch.*

nicet, qui non obtineat particularem gratiam & singularem charitatis gradum, quem antea non habuerit, quantumvis sit tepidus ac ficcus.

Gravis quidam religiosus addit hanc considerationem; si una jungeretur charitas, quam habuerunt omnes universim homines, qui fuerunt, sunt, & erunt, & merita horum omnium; & laudes, quæ datæ fuerunt, ac dabuntur; & Martyrum tormenta; & jejunia & disciplinæ, & cilicia omnium Sanctorum, Confessorum, Patriarcharum, Virginum & Prophetarum cum omni eo, quod fiet usque ad finem mundi, non æque Deo placet, ac si accipiatur divinum hoc Sacramentum,

Alii

Alii dicunt, pro ut supra dictus Auctor refert: quod, si congregarentur omnes angelorum chori, omnes cœlicolæ, & Virgo sanctissima, omnium domina, quæ omnes incomparabiliter antecellit, non possent offerre DEO sacrificium, quod magis ipsi placeat, neque oblationem magis acceptam quam si quis celebret Missam aut quando communicavit, offerat, ejus majestati divinum illud sacramentum.

S. Cyrillus affirmat: (a) Solam dilationem non causari meliorem dispositionem; & evenire plerumque, ut illi quicommunionem diutius differunt, minime dispositi accedant, ac

b 6 per.

(a) *Libr. 3. in Johann. cap. 37. & Lib. 4. cap. 17.*

persuadere præterea idem rationes sequentes : quod; communicare digne absque peccato mortali per se bonum fit : non autem abstinere. Quod sæpius ad id accedere proveniat ex charitate : id differre ex negligentia, aut timore ; melius autem fit, opus charitatis, opere timoris. Quod ille, qui communicet superet eum, qui id intermittat, in fructu, quem Sacramentum impertit *ex opere operato* : & ut plurimum ei æqualis esse facile potest, quoniam desiderium communicandi digne non minus bonum est, quam ab eo abstinere ex reverentia : Si interdum consultum fit abstinere, id fieri debere ad obtinendam aut conservandam reverentiam & devotionem ; ideoque non minus proficium

ficuum esse frequentem sanctissimi Sacramenti usum, quoniam eo purgetur anima malis habitibus & affectionibus, & imperfectionibus naturalibus, quas habeamus.

Quamobrem si Scriptura, multis in locis, Apostoli, Concilia, Pontifices, omnes Sancti, & Doctores suadent quotidianam communionem absque limitatione, aut increpatione, neque est lex divina, nec humana, quæ id interdicit illi, qui peccatum mortale non habet; quæ ratio exigit, ut Ministri prohibere, aut limitare debeant id, quod neque CHRISTUS, neque Ecclesia, neque ulla lex restringit. prudentiæ igitur erit dictis Doctorum, Sanctorum, Pontificum, & Conciliorum non sese

opponere. Ita enim quis devitabit pœnam, quæ multis Ministris inflicta est, qui eam intervertent.

P. Bernhardinus de Villegas, in vita S. Lutgardæ cap. 25. ait: Inter alias personas, qui de frequenti communione Sanctæ male senserint, fuisse Abbatissam, quæ inconsiderato quodam Zelo permota ipsi præceperit, ne toties communicaret: Illi respondisse humilem Virginem magna cum reverentia: Promptam paratamque se esse ad exequendum cum voluptate ejus mandatum, cœterum se certo scire, quod JESU CHRISTO displiceat hoc, quod ipsi inferret, malum; eamque e pœna subito cognituram esse, quam male egerit, hac communionis privatione: obed-

divit Sancta & in præmium obedientiæ, videtur etiam DOMINUS obtemperasse voci Prophetiæ ejus. Abbatissæ enim gravissimum immisit morbum, qui per ipsa momentorum intervalla subito ingravescibat cum doloribus continuis & acutis, donec agnoscens suam culpam, quodque hæc castigatio proveniret, ex inconsiderato Zelo, quo egisset cum Sancta, vocaret eam, & licentiam daret prosequendi sanctam consuetudinem. Ita cessante culpa, cessavit pœna & morbus, qui eum jam tum in malum statum conjecerat. Aliæ personæ, quæ similiter de Sancta murmurabant, & locutæ erant, de ejus communionibus, resipiscentes veniam rogabant. Et aliæ complices murmuratione,

ne,

ne, quod ejus non pœnituerit, morte repentina a DEO fuerunt affecti.

Libro III. vitæ S. Geltrudæ, cap. 23. refertur, talem prædicatorem seu confessorem, zelo honoris divini permotum; indignatum fuisse quibusdam religiosis, cum intellexisset, quod sæpius communicarent. Sancta oratione sua rogavit DOMINUM. hocine ipsi displiceret an placeret? Respondit ipsi DOMINUS: *Cū in del. ciis mihi sit, esse cum filius hominum, cumque ex infinito amore meo reliquerim hoc Sacramentum, ut sæpius percipiatur, & frequentius in mei memoriam repetatur, me in eo cum fidelibus ad finem usque mundi permanente; quicumque seu verbis, seu alia quadam persuadendi ratione intervertit communionem illis, qui in*
 pec-

*peccato mortali non versantur, certa
ratione me impedit, meque privat vo-
luptatibus & oblectationibus, quas in
ipsis habere poteram.* Quidam Mi-
nistri absque ratione restringere
nimirum voluerunt hanc mate-
riam, quasi Sacramentum insti-
tutum non esset in gratiam Lai-
corum, aut quasi his non com-
peteret jus illud toties requiren-
di, quoties ad recipiendum es-
sent dispositi. Aut quasi CHRIS-
TUS DOMINUS noster illud in-
stituisset quadam cum limitatio-
ne aut præcepto ne perciperetur,
nisi a tot hominibus & tot diebus.
Experti Magistri mirantur, cum
vident scrupulum, & cautelam,
qua loquuntur nonnulli Confes-
sores, non aliter ac si communio
esset magno cum animarum pe-
riculo conjuncta; vel saltim, ac
si

fi per frequentiore[m] commu-
 nionem perderetur, aut immi-
 nueretur honor DEI, aut virtus
 Sacramentorum, cum crebrior
 ejus usus verum fit remedium,
 & salus animarum, & opus, quo
 maximus DEO honor tribuitur,
 quodque procurare maxime de-
 berent, qui divinam gloriam,
 promotam cupiunt. Quod si
 autem Minister interdum non,
 sibi satisfactum crediderit, legat
 sanctum illud Ecclesiæ statutum
 (a) *Non prohibeat dispensator mau-
 ducare Pingues terra, in mensa DO-
 MINI.* Si autem dispensator id
 prohibere nequit, illi prohibere
 multo minus poterunt, ad quos
 dispensatio non spectat: Et si hæc
 omnia, quæ dicta sunt, non suf-
 ficiunt, caveat sibi ab infinitis

præ-
 (a) *de Conf. dist. 2. Aug. in Ps. 48.*

pœnis, quas DEUS infligere solet illis Ministris, qui illud prohibuerunt.

Non obstant tamen hæc omnia, quo minus communio semper fiat cum consensu Patris spiritualis, qui eam nec impedire debet, nec differre, quando cognoscit, quod anima eam desideret fructumque inde & percipiat, dispositione, quam Concilium requirit, prædita. Et, si Confessor contrarium ipsi præscripserit, sequatur sententiam Patris spiritualis, qui reliquis omnibus melius cognoscit ejus conscientiam, & cujus consilium secutus, tuto incedit & operatur.

CAP. II.

Respondetur ad rationes, quas afferre possunt Ministri, qui impediunt, ne
Fide-

Fidelis communicet & Sacerdos celebret; conscientia nullo peccato mortali infecta.

Communio prohiberi potest illis, qui eam requirant ac desiderant nullius peccati mortalis sibi conscii, vel quod ea non sint digni, vel ob majorem reverentiam, vel quod nimia familiaritas contemptum pariat, vel saltem ob mortificationem & penitentiam. Prima ratio, quod ea non sint digni, non est sufficiens; si enim fidelem arcerere voluerint, donec dignus fit communionem, nunquam ad perceptionem divinissimi DOMINI perveniet, cum nemo dignus fit, qui eam accipiat ne cœlum quidem ipsum. Unde multi S. affirmant, communionem hodiernam esse dispositionem ad
cra-

craftinam. Præterea concilia,
Sancti, & Doctores affirmant,
non versari in peccato mortali,
esse dignitatem, ac dispositionem
necessariam, ad quæ communio-
nem requiratur. Non frequen-
tamus communionem tanquam
digni, sed tanquam inopes; Non
sanctificaturi JESUM CHRISTUM,
sed ut mediante Sacramento,
sanctificemur & sanemur, ut
Ambrosius ait (a) se, quod con-
tinuo peccet, continuo accipere
debere medicinã hujus Sacramẽ-
ti contra pestiferam peccati lucẽ.

Neque ob secundam rationem
majoris Reverentiæ, fidelis pri-
vandus est communione. Ea,
enim repugnat doctrinæ S. Au-
gustini, dicentis; (b) Melius
esse

(a) Ep. 208.

(b) Ep. 26. de Verb. DOMINI serm. 28.

esse ut quis communicet per devotionem, quam ut intermittat per reverentiam. (a) Dionysius Carthusianus idem dicit: melius esse communicare per amorem quam abstinere per humilitatem ac timorem. Non major habetur devotio, amor ac reverentia erga DEUM, si minus crebro ad communionem accedatur, quin potius amat ac veneratur maxime DEUM, quia absque peccato mortali & cum desiderio profectus sui spiritualis, quotidie ad eam accedit; Eamque differre nec dispositio, nec veneratio major est, sed omnino manifesta tentatio. Si abstineant, putant se inventuros melius devotionem, & fervorem, & inter-

ea

(a) de Euch. c. 5. §. 6.

ea sunt sicci, tepidi ac frigidi, teste experientia. Hi, qui communicare nolunt, nisi sint sensibilibus & actualiter devoti, non absimiles sunt frigentibus, qui ad ignem accedere nolunt, donec incalescant; aut ægrotis, qui medici consilium exquirere nolunt, donec sanentur. Corpus CHRISTI est ignis quidam spiritualis, ad quem accedendum nobis est, ut incalescamus. Caro CHRISTI, dicente Damasceno, est carbo accensus, cujus est calefacere & comburere.

Tertia ratio, quam assignant quidam, ut fidelibus communionem impediunt, qui eam desiderant & requirunt, est obstinata quædam opinio, quam animo firmissime impressam tenent, dicentes, frequentio-

Sa-

Sacramenti usum esse nimiam familiaritatem, quæ contemptum generet. *Nimia familiaritas parit contemptum.* O errorem noxium! o doctrinam perniciosam! Etsi traditam a ministris laudabili Zelo: Est ne possibile, ut inter tot Sanctos, & Doctores Ecclesiæ, qui ex professo hoc argumentum tractarunt, ut e primo capite constat, nemo rationem viderit, quam afferunt hi Ministri? Recte infertur, quod non magni sit momenti.

Verum est, nimiam familiaritatem interdum gignere contemptum; Sed cuius rei & cui? Nimia familiaritas rei vilis, parit contemptum, verum familiare commercium rei gravis bonæ & amabilis, quomodo contemptum generet? In rebus ter-

re-

renis familiaritas contemptum
parit, quo enim homo cum alio
homine familiarius versatur,
paulatim ejus defectus detegit,
atque ita minoris eum facit,
quam antea. Sed cum DEO lon-
ge aliter comparatum est; quo
enim magis creatura illum veræ
perfectionis fontem cognoscit,
eo magis crescit amor & æstima-
tio magni illius DOMINI.

Si per communionem quoti-
dianam defectus quidam in JESU
CHRISTO detegeretur, certum
est, quod crebrior ejus usus &
familiaritas contemptum paritura
esset; Verum quo magis accipi-
tur infinitus ille perfectionis
Pelagus, eo magis cognoscitur
ejus bonitas, & eo magis crescit
in nobis amor, veneratio ac re-
verentia.

c

Et,

Et, si verum esset, quod crebrior
usus contemptum gigneret, ipsi
DEO incumberet leges præscri-
bere & procurare, ne reddere-
tur adeo intimus ac familiaris
sanctis & Angelis Cœli, quibus-
cum habet tantam tamque con-
tinuam familiaritatem. Quis
DEO familiarior est Angelis, qui
continuo divinam ejus faciem
intuentur? An propterea for-
san intermittunt eum honorare,
venerari, & amare?

Cæterum excipient, non con-
sultum esse ut abutamur intima,
quæ nobis cum DEO intercedat,
familiaritate. O cœcitatem! Quid
hoc aliud est, quam quod velint,
ne tantopere cum DEO unia-
mur; ac desiderent, ut ipsi ser-
viamus e longinquo & non e
propinquo, & nomine magis
quam

quam affectu. Hæc verba nascuntur potius ab exigua, quam habent voluntate, recipiendi divinum hunc DOMINUM, quam a veneratione ac metu, ne eum offendat. Si veram haberent charitatem; & JESUM CHRISTUM animitus diligerent, spernerent omnem timorem, neque a frequentiore divini hujus Sacramenti usu nos arcerent, sed desiderarent potius ut nos exstimularent ad quotidianam ejus perceptionem, ut cum DEO uniremur.

Si norunt quod CHRISTUS se nobiscum unire cupiat, cur nolunt, ut nos cum magno hoc DOMINO uniamur, metuentes ubi non est, quod metuant? Si vident, DEUM infinitum desiderare nostram familiaritatem

& amicitiam, in quonam tunc dantur, ut prohibeant, quo minus ipsius amici simus? Credunt, per continuam frequentiam tædium nobis parere id, absque quo omnia sunt tædio? verentur, ne vitam nobis acerbam reddat, quod vitam donat: Ne damnum nobis inferat bonum, unde omne bonum originem ducit? Et tandem ne ille, qui omnibus creaturis, omnibus Seraphinis, omnibus Sanctis & toti Aulæ cœlesti est in deliciis & oblectationi, nobis fastidio futurus sit? Verum est quod satiet, sed non parit tædium.

Neque Christiano neganda est communio, ut mortificetur, quæ est quarta ratio. In mortificatione enim, si commu-

munione privetur, exercet unicam virtutem, & in communione exercet omnes. Num igitur consultum erit, ut Christianus ad obtinendam unicam virtutem privetur reliquis omnibus! Magna compassione dignum est, quod privetur magnis bonis, quæ in communione accipit propter unicam mortificationem, id quod probe consideratum, vocari potius debebat privatio boni quam virtus mortificationis.

Præterea ad celebrandam Missam & communicandum perfecte, non est optimum remedium intermittere communionem ac celebrationem; quin, potius optimum est, quod haberi queat, celebrare Missam quotidie & communicare, etsi

nonnullis cum imperfectionibus. Ad perfecte orandum, vel ad obtinendam virtutis alicujus perfectionem, non est bonum remedium, actus ejus virtutis intermittere: Quis affirmabit ad orationem perfecte instituentiam optimum remedium esse eam aliquot diebus intermittere? & ad obtinendam patientiam imprimis facere, si quis nullos ejus actus exerceat? quin, potius optimum medium ad consequendam patientiam & ad instituendam perfectam orationem, est ut quotidie exerceatur, etsi non sine imperfectione succedat.

Si divina Majestas cum peccatoribus versari, in eorum domibus pernoctari & comedere cum ipsis in una eademque
men-

mensa dignatur : unde portis
 suæ domus tanquam insigne,
 affigendam curat hanc inscripti-
 onem : *Hic DOMINUS recipit*
peccatores & comedit cum ipsis in
una mensa. Cur Minister & ser-
 vus ejusdem DOMINI gravetur
 eum recipiendum præbere Chri-
 stiano, si mutatus fuerit & e-
 mendatus per pœnitentiam?
 Ratio igitur postulabit ut Mini-
 stri hujus DOMINI non limita-
 rem, a DOMINO suo non limita-
 tam.

DOMINUS nos invitat, & vo-
 cat, & servus ejus dimittet invi-
 tatos, quando ad DEUM per por-
 tas Domus ejus introducuntur?
 Sinat eos intrare, si culpæ mor-
 talis non fuerint rei, vel si fue-
 rint, jam purgati sint in fonte
 pœnitentiæ. Transeat hoc &

c 4 impu-

imputetur DOMINO , cui ita placet ; & qui id procurat , quamquam Ministro non videatur, conveniens. Possset enim magna cum ratione ipsi respondere DOMINUS. Satis apparet , quod nullo pretio tibi emtus sit peccator , & quod tam angusto sis pectore , ut eum ad communionem non admittas , quam desiderat , a me etiam invitatus. Ego vero , qui pro ipso descendi de Cælo , & homo factus sum , triginta & tribus annis incredibilia tormenta , & ipsam denique mortem perpeffus , volo eum , si ita pœnitentiam agat , & quia DEUS sum , cor meum est infinitæ amplitudinis , admittens omnes , quantumvis facinorosos , modo ad me convertantur , &

& mediante poenitentia emendentur.

CHRISTUS DOMINUS noster movet linguas Angelorum, ut exhortentur homines ad frequentem Communionem; & Princeps tenebrarum movet linguas hominum, ut contrarium persuadeant. Eliæ dicebat Angelus: *Surge, & comede, nam magnum iter ingrediendum tibi est;* (a) Ita suadet Angelus communionem, nec semel tantum, sed bis Prophetam excitabat dormientem, ut comederet panem, figuram Eucharistiæ. Angelorum proprium est, invitare ad frequentem communionem. Bene dixit Hieronymus: Angelus tibi est, qui tibi persuadet, ut communices; Dæmonium,

c 5 qui

(a) 1. Reg. 10.

qui id tibi prohibet. Nulli Sacramento Diabolus magis adversatur, quam huic; nullum est, quod tot disturbanceibus ac mediis impedire conetur: Quæ inter non parum potens & efficax est illud, quo ipsos Prædicatores, Confessores & Ministros aggreditur, ut obtentu zeli id disturbent. Illi, qui se reputant pro Ministris JESU CHRISTI, proprii sui muneris esse existimabunt, ut se opponant illi, quod a Dæmonio intenditur, non privantes, sed suadentes & procurantes quotidianam ejus repetitionem.

Fr. Josephus de sancta Maria, postquam retulisset verba S. Concilii Tridentini, ubi ait: (a) *Quod desideret, ut communicent omnes quoti-*

(a) *Apolog. freq. Communionis.*

tidie, sequentia subjungit verba: *An igitur possibile est: Patres Christiani, & fratres mei, habere Ecclesiam filios, qui aperte adeo ipsi contradicere ausint, quique intelligentes a Matre sua, quod consultum sit, ut fideles quotidie communicent, dicant nihilominus, quod non sit conveniens, velintque se illi opponere, & illi contradicere? Certe, ut mihi videtur, est tentatio quedam Diaboli, ut impediatur emolumentum animarum, quanquam bono cum zelo fiat, & iis, qui honorem DEI, & Ecclesie, Matris suae, singulari zelo prosequuntur, id minus consultum videatur. Haec auctor.*

Videat nunc quisquis sit Summistra & homo doctus, qui magnam de se ipso opinionem foveat; an justum sit, opponere se auctoritati tanti Tribunalis, &

laudabili Ecclesiæ consuetudini, ejusque decretis, mori & doctrinæ Apostolorū, & institutioni Sanctorum Ecclesiæ Doctorū.

Nemo murmuret, neque sacram communionem, (a) (dicit Ludovicus Fundone) quia nulla cogit ratio; & caveat sibi, ne DEUS ipsi neget Cælum. Hoc enim condemnare, est condemnare laudabiles consuetudines, & morem antiquissimum Ecclesiæ, & maximorum Servorum DEI. Hactenus Auctor. Fr. Petrus Marsiliensis Benedictinus: (c) quoties homo communicabit, nullius peccati mortalis sibi conscius, seu quod nullum commiserit, seu quod eo absolutus sit, percipit fructum

(a) *Tract. de Div. Sacr. p. 2. c. 21. fol. 149.*

(b) *Addit. ad Memor. Compostell. fol. 62.*

ctum gratia. Hæc Dispositio non est tam parvi momenti, prout quibusdam visum est; quoniam sacrum Concilium Tridentinum eam magne reverentia, & sanctitatis nomine insignivit: Laudibus digni sunt illi, qui in eo studium suum collocant, ut persuadeant fidelibus, ut quotidie communicent; & consequenter, quanto in errore ac præjudicio animarum versatur illi, qui communionem Sacramentalem quotidianam secularibus interdiciunt? Tantum modo peccatum mortale (dicente S. Thoma) Christianum communionem privare potest; Quomodo enim Ministri eum privant illo absque peccato mortali?

Probe ponderandum est, quod CHRISTUS in hoc Sacramento sit Medicina nostrorum vulnerum, sublevatio nostrorum laborum, comes nostræ

solitudinis, & vigor in nostris ad-
 versitatibus; & denique pignus
 ac monumentum amoris quem
 animabus affert, quodque ma-
 gnus hic DOMINUS subinde excla-
 met: *an sit, qui eum velit; Anima
 autem respondeant, quod ipsa eum
 velint.* Et a Ministris Ecclesiæ
 exigant, ut ipsis dent DOMINUM
 suum & distribuant panem quo-
 tidianum; Et hi nihilominus sur-
 dos agant, cum sint Præfecti do-
 mus DEI, & parci sint in distri-
 buendo illo, quod DOMINUS
 jubet & concedit tanta cum li-
 beralitate. Tanta parcitas deplo-
 randa est lacrymis sanguineis.
 Quis non plangat cum videt,
 manum DEI in dando adeo lar-
 gam esse, manum autem servo-
 rum adeo renitentem esse & ava-
 ram in distribuendo, & DEUM
 adeo

adeo liberalem esse in propriis bonis, quæ sanguine suo acquisivit; Hos autem tantam monstrare avaritiam, quanquam nullo ipsis pretio constant? Et tandem cum sit hoc Sacramentum patens ille Davidis fons, & manifestus omnibus filiis Jacob, cujus pretiosis aquis absque pretio ullo perfruuntur, Ministri tanti eum vendant, ut multi lacrymis sanguineis eum redimere debeant, ac lamentari possint cum Jeremia, quod aquam propriam tanto pretio emere debeant, quam si esset aliena.

Interrogatus Magister Johannes de Avila, ob vitam exemplarem, literas & prædicationem insignis, an Superior aut ille, cui demandata est animarum cura, negare possit Communionem

nem

nem illi, qui eam quotidie poscit, nullumque habet legitimum impedimentum, ita respondit; *mea sententia est nisi adsit legitimum impedimentum. Praelatum (Et illum, qui in loco suo administranda Eucharistiae curam gerit) obligatum esse, ut eam subdito praebeat, quoties eam requirit. Qui negat sanctissimum Sacramentum, injustus est, suoque Jure privat eum, qui istud postulat. Christianus (dicente S. Thoma) tantum jus habet illud poscendi, ut Praelatus, nisi ob peccatum publicum, istud ipsi negare nequeat. Si poscat illud publice, id ipsi praebere debet, etiamsi noverit, quod privati peccati reus sit, quanto magis illi, qui id cum devotione ab eo requirit? Crudelis est, tollit panem spiritualem filio suo Et non possum, quin eum peccati re-*
rum

um peragam Hæc omnia sunt modo indicati Autoris. (a)

Dicent si sanctum & bonum est communicare quotidie. cur Ecclesia id non præcipit? Et cur Fundatores Religionum tanto lumine præditi, non relinquerunt certam hujus rei Regulam? Et cur sancti quidam non amplexi fuerunt hunc frequentiore[m] usum? Sanctus Marcus Evangelista pollicem sibi abscidit, ne ordinaretur S. Franciscus Assisi nolebat esse Sacerdos. S. Benedictus multum temporis absque communion[e] transigebat. Antequam respondeam, quærere lubet, an consultum sit ut homo sanus quotidie aliquid comedat, quia lege non præcipitur: Quia sancti

(a) *Tract. 23. p. 3.*

eti quidam a comedendo aliquot dies abstinuerunt ? Si præstat vivere in Cœlibatu quam ducere uxorem, ut dicit Paulus, (a) Cur lex istud non præcipit ? Et cur Sancti quidam duxerunt mulieres ? Si bonum est & sanctum, Missam quotidie audire, cur Ecclesia istud non præcipit ? Et cur, Sancti quidam secesserunt in desertum, ubi eam non audiverunt ?

Id quoque antequam respondeam, præsupponam, quædam exempla Sanctorum admiranda potius esse, quam imitanda, ideoque non constituere posse, Regulam generalem ; Quidam non communicarunt, sed fuerunt pauci ; & illi qui communicarunt, infiniti ; tutius igitur erit

(a) 1. Cor. 7.

erit sequi multos, quam paucos. Respondeo ad difficultatem & quæstionem; Necessaria debere imperari, malum prohiberi; id quod bonum est & sanctum debere suaderi. Sancta Ecclesia semper recte agit, ideoque non præcipit fidelibus quotidianam communionem, quia etiam si adeo sancta & bona sit, non est tamen essentialiter necessaria & præceptum Ecclesiæ semper respicit utilitatem fidelium & tantus est tepor noster, nostrorumque temporum fragilitas, ut præceptum quotidianæ Religionis peccati ac perniciæ causa foret, ideoque Ecclesia non imponit Christianis, ut communionem tanquam præceptum habeant, quanquam desideret, ut ex devotione quotidie communicent. Mul-

Mul-

Multi excusant se, quod non quotidie ad divinum hoc Convivium accedant; ne eo nomine censeantur, neve murmurationem causent; & ministri hac ratione intellecta tacent & satisfactum sibi credunt. O damnable silentium! ob respectus mundanos permittere audent, ut fideles tanto bono priventur? An possibile est eos permittere velle, ut vivant remoti & separati a DEO, & a suavi ejus, & amoris plena amicitia, ne mundi censuram incurrant? Si spectatur id, quod mundus dicit, non anima tantum, sed etiam judicium perdetur. An nescitur, quod proprium Mundi sit, male loqui de bono, & persequi eos, qui partes ejus non sectantur?

Omnes

Omnes illi qui DOMINIS serviunt, gloriantur gradu officii, magnitudinis & dignitatis suæ, & tantum Christianum pudebit communionis, & in servitio JESU CHRISTI conspici. Si communio quotidiana opus malum esset, scandalum pareret; Verum si optimum opus est, quod peragere Christianus queat, cur eo abstineat ob vanum timorem offendendi proximum? Judæi offendebantur bonis operibus JESU CHRISTI, sed Majestas ejus ideo ea non omittebat. Qui male operatur, & male interpretatur bonum, quod faciunt alii, ille scandalo causam præbet, sed bene agere, nunquam fuit scandalo, & multo minus tantum bonum, quantum est communio, scandalum
pa-

pariet. Si quis offenderetur eo, quod nos comedere videret, certe non ideo famæ nobis per eundum esse existimaremus.

Bene cavendum nobis est, ne offendamus aut scandalizemus proximum, vanitates & delicias mundanas sectando; a vitiis hisce abstinere debemus, non a communione quotidiana. Hoc enim scandalum ipsi parere nequit, quin potius cum ædificabit, bonoque exemplo fieri poterit ut vitam mutet, sibi que proponat sacramenta frequentare: O quot respectibus hisce mundanis vident se deceptos! O infortunatos! non pudet eos, quod mali sint, & erubescunt, quod Christiani sint, quodque se tales aliis ostendere debeant.

CAP.

C A P. III.

*Declanantur quidam magnorum fructuum,
quibus privatur Fidelis, cui sufficien-
ter dispositio prohibetur Communio.*

UT minister eo melius perspi-
ciat, penetretque damnum,
quod causatur, quando Fidelem,
qui communionem desiderat,
& exigit, nullius peccati morta-
lis sibi conscius, ea privat; neces-
sarium erit ipsi repræsentare
quosdam ex infinitis fructibus,
quibus eum in unica Commu-
nionem defraudat, ut errorem de-
ponat, quod per unam mortifi-
cationem infinitis eum privet
bonis.

Primo eum privat incremen-
to gratiæ, & gloriæ, quam in
Communione accipit; Cujus
effectus *ex opere operato* infallibi-
liter provenit, etiamsi peccata
ve-

venialia adsint. Privat eum etiam mortificatione qua in in Coñu-
nitione omnes quinque sensus, & patientiæ mortificantur. Dicentibus enim oculis, odoratu, gustu, tactu, imaginatione, intellectu, & omni scientia & intelligentia, hostiam illam esse panem; nihilo minus se humiliat, mortificat, & subjicit, credens, quod non sit id, quod sentit & gustat, sed quod in hostia illa DEUM & DOMINUM suum inveniat. Privat eum, dum Communionem, interdicit, purificatione suorum peccatorum, ac pravorum habituum, ac præservatione futurorum, multis adminiculis, quæ hac ratione accipit ad operandum omne bonum, & fugiendum omne malum; cum possit, vel ex uno adminiculo dependere

re

re æterna salus, & damnatio alij
 cuius animæ. Privat eum illa di-
 minutione Purgatorii, cujus in
 omni Communione fit parti-
 ceps. Privat eum sublimibus
 actibus fidei, spei, charitatis,
 quos exercet; persuasus, quod
 accipiat DEUM illum, quem ipse
 nec videt, nec sentit, spem col-
 locans in eo, qui conspici ne-
 quit, & cum eo se per amorem
 uniens.

DEUS est ipsissima bonitas, ac
 per amorem animæ se commu-
 nicare cupit mediante hoc divi-
 no & sacramentali pane. An ma-
 jor in mundo datur fortuna? An
 ibi major potest esse felicitas? Et
 invenientur Ministri, qui pri-
 vent animam hoc bono? In mi-
 raculoso hoc sacramento unit se
 CHRISTUS cum anima; seque-
 d unam

unam eandemque rem cum ea, facit: (a) *In me manet, & ego in illo.* Quæ amoris subtilitas est, quam maxime sublimis, admirabilis, & digna consideratione ac gratitudine. Ibi enim nihil est, quod vel dari, vel accipi possit majus. Quis igitur Minister privabit animam infinita hac gratia.

Omnia bona unita inveniuntur in pretioso hoc cibo, hic omnia DEI desideria sunt adimpleta, hic amabilis, & sacramentalis unio, hic pax, conformitas, transformatio DEI cum anima, & animæ cum DEO. Dum in hoc Sacramento JESUS accipitur, accipitur æternus Pater & divinus spiritus: Hic sunt omnes virtutes, charitas, spes, puritas,

(a) *Job. cap. 5.*

patientia & humilitas ; CHRISTUS enim DOMINUS noster generat in anima omnem virtutem mediante hoc cœlesti cibo ; Quale igitur cor habebunt Ministri, qui tantam animarum felicitatem, intervertunt ?

Si unicus Gratiaë gradus est donum inæstimabilis valoris, & tam pretiosum, ut ne mundorum quidem millia comparari cum eo queant, cum ipsius DEI sit, particula, & formalis naturæ divinæ participatio: quæ nos facit filios suos, & amicos, hæredes Cœli, & habitationis Sanctissimæ TRINITATIS: Et plus valet gratia vel minima, quam omnes virtutes, eleemosynæ, & pœnitentiæ, & si quis montes transcendat, ut dicit S. Paulus, & daret omnia ad eleemosynam,

nihil est absque gratia. Quomodo igitur consultum erit, privare Fidelem incremento gratiæ, quam in unica Communionem, consequi potest? Quomodo Minister privare eum poterit hac & multis aliis, quæ eam comitantur; nec tamen alias ipsi conferat, quæ illarum jacturam compensent?

Quid æquivalens esse potest gratiæ habituali, quam dedebat accipere? Neque humilitas, quam exercere potest, neque reverentia, neque mortificatio, quarum prætextu intermittit Communionem, tanti sunt, neque conferri possunt cum unica gratia, quam perdit, quamque ex illa Communionem accepturnus erat.

Sub-

Subducamus nunc rationes:
Si restitutionem oportet (ut
omnes Doctores affirmant) con-
formem esse bono, quod proximo
aufertur, quid restituere
poterit ille, qui ipso Deo Fidelem
privat.

Quæ charitas esset, privare
hominem monte auri, ut pusil-
lum granum recipiat? Tantum
ob granum mortificationis (si &
hæc adest) privant Ministri Chri-
stianum monte bonorum, quæ
in Communione cumulantur.
Si non alius modus esset mortifi-
candi & probandi animam, ta-
men hoc modo uti non debe-
rent, quia per mortificationem
privant eum majori bono: Ve-
rum infiniti sunt modi probandi
& mortificandi animam absque
tanto præjudicio spirituali.

d 3

Sunt

Sunt autem alia in super hujus Sacramenti bona. Præterea enim quod gratiam augeat, sustentat animam eique novas vires confert, quibus resistat tentationibus; satisfacit desideriis, & auferit rerum temporalium famem; unit cum CHRISTO; & cum ejus membris, quæ sunt justis; prosternt potentiam Satanæ, & vires subministrat, martyrium sufferendi; remittit peccata venialia, quibus obnoxius non est, qui communicat; & præservat a mortalibus, adminiculis illis, quæ confert, adjutum.

S. Bernhardus ait (a) Corpus CHRISTI esse medicinam ægroto, viaticum peregrino, debili allevationem, delectare validum, sanare vulneratum, & conserva-

re

(a) *in Serm. DOMINI.*

re salutem animæ & corporis, & eum, qui digne communicet, inde magis validum reddi ad sustinendum contemptum, magis patientem ad sufferendas reprehensiones, magis idoneum ad supportandos labores, magis promptum ad obedientiam, & ad agendas DOMINO gratias.

S. Leo, Papa (a) ait: Si quis communicet, venire CHRISTUM, ut eum honoret sua præsentia, ungat sua gratia, curet sua misericordia, fanet suo sanguine, resuscitet sua morte, illuminet sua luce, inflammet suo amore, consoletur sua infinita suavitate, ut uniat se, & despondeat cum anima, ut participem eum reddat divini Spiritus, omniumque

d 4 bo-

(a) de præc. Serm. 14. de Pass. DOMINI.

bonorum, quæ ipse cruce sua nobis acquisivit.

Quære (dicit S Bonaventura (a) ubi sit DEUS? Invenies eum in hoc divino Sacramento, quod digne acceptum, remittit peccata, mitigat passiones, confert lumen intellectui, fatiat animam, resuscitat fidem, allicit spem, accendit charitatem, auget devotionem, replet gratia, & est opulentum gratiæ pignus.

Hoc Sacramentum (ait S Thomas (b) dispellit Diabolos, defendit nos a concupiscentiis, lavat maculas cordis, placat iram DEI, illuminat intellectum, ut eum cognoscat, inflammat voluntatem, ut eum diligat, oblectat

(a) *de Præc.*

(b) *Opusc. 58. de Sac. ad cap. 21. 22.*
28.

stat eum suavitate memoriam, confirmat in bono totum hominem, liberat eum ab æterna pœna, multiplicat merita bonæ vitæ, & deducit eum ad æternam patriam. Corpus DOMINI (pergit) (a) operatur tres principales effectus; Primo destruit peccata; secundo auget bona spiritualia; tertio confortat animas. Et c. 25 ait: Satiat spiritum, ut sequatur bonum, confortat animam, ut fugiat malum, conservat vitam ad laudandum semper DOMINUM. In quantum est Sacrificium, remittit peccata illis, qui sunt in mundo, allevat pœnas illis, qui sunt in purgatorio, & auget gloriam accidentalem illis, qui sunt in Cœlo. Tandem corpus CHRISTI vocatur Sacramen-

d 5

men-

(a) Cap. 24.

mentum charitatis, quia nos reddit participes divini Spiritus, suavis in habitationis ipsius CHRISTI, & divitis transformationis DEI.

Nunquam referri possent, omnia bona, quæ secundum effectum Sanctorum ex hoc Sacramento percipiunt illi, qui absque peccato mortali ad ejus perceptionem accedunt. Iis autem bonis omnibus privat Minister, dum Fidelem Communione interdicit.

Præterea, quando Communione privat, omnes Sanctos Cœli, omnes Angelos, Virginem sanctissimam, & ipsum CHRISTUM privat gloria accidentali, quæ in ipsos redundat e qualibet Communione, quæ in gratia peragitur. Si pro quolibet opere bono, quod in Mundo fit, quan-

quantumvis parvum sit, juxta sententiam multorum piorum Auctorum, Sancti in Cælo specialem gloriam accidentalem obtinent, quanto majori ratione obtinebunt pro opere tam sublimi, quale est Communio, quæ comprehendit immensitatem omnium miraculorum DEI? (a) *Memoriam fecit mirabilium suorum.*

Et si ex unica Communione percipiuntur simul tot bona supra indicata, quid de sacrificio Missæ futurum est, opus gravissimum, & altissimum, quod sit in cælo, & in terra? Erunt, autem Ministri, qui obtinentes pœnitentiam, mortificationem, aut antiquum morem, impediunt Sacerdotibus rem

(a) *Psal. 110.*

rem tantam, tam sanctum & fructuosum Sacrificium?

S. Hieronymus (a) ajebat, minimum animam non pati purgatorium, quam diu pro ea celebretur missa.

S. Augustinus (b) affirmat nunquam celebrari divinum sacrificium, quin eveniat unum ex his duobus, aut conversio alicujus Peccatoris, aut liberatio alicujus animæ ex purgatorio Wilhelmus Altidorensis non contentus fuit unica, sed affirmavit, unica Missa complures liberari animas. Scribit Severus in vita S. Martini, quod liberaverit missis suis tot animas, quot personæ ipsi audiendæ præsto fuerint. Ve-

(a) *in Missis Defunct. Pav. c. 14.*

(b) *Ballester. in libro de Crucifixo S. Salvatore, fol. 207.*

Venerabilis Beda ait, Sacerdotes qui non legitime impeditus, intermittit celebrationem Missæ, privat sanctissimam Trinitatem gloria & laude; Angelos Gaudio, peccatores venia, qua justos gratia & subsidio; animas purgatorii refrigerio, Ecclesiam cœlesti beneficio JESU CHRISTI DOMINI nostri, & ipsum Sacerdotem medicina & remedio.

Si istud igitur proprium habet quælibet missa, quis minister prætextu zeli impedire eam audebit, & defraudare tanta gloria & tanto bono Trinitatem, Angelos, virginem, Ecclesiam, Justos, Peccatores, animas purgatorii, & ipsos Sacerdotes, qui eam celebrare cupiunt? Absque

que

que dubio, quanquam hoc fiat
cum zelo, est inconsiderantia,
& consultius erit istud potius
non impedire, sed potius
præmeditari & melius
considerare.

F I N I S.

